Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

766. Georgii Gennadii Scholarii Patriarcha Constantinopolitani Defensiones quinque capoitum qua in 5ta oecum. Florentina Synodo continentue. Fabio Bernevolentio Senensi Interprete. Roma 1638.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Львівська бібліотека
АН УРСР
ВІДДІЛ РУКОПИСІВ
Бав. 766

Nr. 766.

IV. E. 7

250 Biblioteka Manuales 2.
212. Summa Hereticarum
335 Theologia moralis.
232 Romans Zbawienny.
323. Instructio Pastorales
113. Historya Lutersha
111. Ogrod Rozany.
147 manuale sacrarum
200. Enchiridion.
362. Ogrunicie Religij.
101 Przewodnik miłosierdzia.
339 Corona Decennij 2
377 Spongia
121. Brevis notitia.
143 Prawda Chrzescianska.
150 Gladius Evaginatus
343 Theologia Dog Specula.
231- Sacerdos Considerans.
341 Pontificale Romanum

113

GEORGII GENNADII SCHOLARII

PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

DEFENSIONES

Quinq; Capitum, quæ in Sæ Œcumenica Florentina Synodo continentur.

FABIO BENEVOLENTIO SENENSI INTERPRETE

Romæ. MDCXXXVIII. typis Sæ Congregatt: de ppaganda fide. Superiorum permissu.

Contestatio Tabularij.

Non piget me hunc librum typo impressum, ad legendum tantum mihi concreditum, Tarnopoli in Regione, ab Anno. 1772. a Polonis domui Austriacæ, ab eâ vero, in anno. 1809. Imperio Rossiæ cessa, prompte in hasce paginas manu mea transferre, dum et singularitas song ejus, et rara existentia, et impossibilis ejus, in hoc ad præsens Massagetarum loco, tali6 contraria, typographica recussio, omnem aliam, ampledendi hujus libelli subtraxerant methodum, Ego autem ob claritatem probationum tum Theologicarum, tum physicarum, Fidem Catholicam suffulgentium, in eo divinitus contentarum, et erroribus contra Eandem Sanctam nostram Romanam fidem per Schismaticos hæreticos prævaricatè obmotis ob argumenta eò fortius convincentia, quod sint ab Ejusdem Nationis viro Patriarcha Constantinopolitanensi Catholico adducta, inexpugnabiliter obsistentium, dignum existimavi ut possit attingere Tuas Illustris Reverendissime Antoni Sojecki Canonice Leopoliensis Præposite Bavoroviensis honorandas manus, de quarum liberalitate non solum vexennij tempus mansionis meæ in Bawarow largiter Opitulabatur, verum quoque extra hæc Bona ad præsens Tarnopoli me commorantem Tua opiparè prosequitur munificentia. Non deest quidem mihi, multorum tum spiritualium tum Sæcularium virorum, dexteritate virtutum, perspicacitate mentis, sagacitate Sapientia, assiduitate pietatis, Charitate proximi eminentium, familiaris notitia, quos manucaptio hujusmodi Syntagmatis, mira jucunditate oblectaret, sed cum hæc charismata naturalia in alios volumine data partitim sint diffusa, jam autem in Te uno cumulatè conspiciantur, ideò alacrius extiti studio compulsus, hunc libellum, Scientiâ et Religione splendidum, quò Tibi parem, ad Tuum Illustrissime Brasiil adaptare usum. Non enim sufficit exilis partus

carminum

2

Carminum meorum Tibi dignissime Antistes, ex competenti gratitudine nuper hoc anno per me dedicatorum, præcipuum specimen exigit devinctio mea; at cum vires meæ non sufficiant alacritati, desiderio præsenti in proposito meo, lenocinans sibimet; gratum fore hunc libellum; prò ampliandaq; Tua Bibliotheca non dedecorem. Si vero hoc Syntagma jam ex primo Gennadij authographo prelo traditum, librorum TUORUM adimpleat jam antecedenter numerum, et ideo hocce operatum meum sit Tibi non necessarium, dignevis animi non operati hujus indefessi excipere sequum parcendo quod Scriptura præsens non est venusti haracteris, quoniam senio confecta tremens manus mea, recte figendas literas convellit obliquè. Nam Tua benevolentia confisus sperò hanc incultionem Scripturæ mingæ Te considerandam esse, potius intuendam magnitudinem propensionis, ob quam me semper manere teneor

Vestræ Paternitatis obstrictissimus
et humillimus Servus.
Michäel Podwysocki.
mpria

Sequentes tum dedicationes, tum præfationes, omnino sunt legendæ, ex quibo modoprimum fit condimentum elegantiæ hujq voluminis, gravitatisq; ac fructus: est hìc etiam vita Gennadij viri clarissimi, et invi. Datt: Tarnopoli. Diebus ultimis Xbris. 1813. anno.

Fabij Benevolentij interpretis introitus.

Sanctissimo Dnostro Gregorio Papæ. XIII.

Cum ante aliquot annos Pater beatissime de status Ecclesiastici præstantia pauca quædam conscripsissem, civilibq; et humanis rationibq ostendissem, non reperiri policiam inter omnes alias ea excellentiorem; reliquum erat id Theologicis et Divinis testimonijs comprobare. Sed dum in hac cogitatione totus defixus sum atque hæres, incidi in Græcum Gennadij volumen Constantinopolitani Patriarchæ, in quo hæc omnia novo quodam more erant disposita, ac disputata, aliaq; scilicet complura de Petri primatu, et summi Pontificis in Concilijs authoritate; responsiones præterea adversq eos, qui Ecclesiasticorum divitias, eorumq; cultum et vivendi rationem jugillabant. Quæ quidem cum non tantum copiose et eleganter, præterq; communem scholasticorum usum essent pertractata, verum etiam summopere pie, atq; Catholicè: operæ pretium duxi, ea non sinere sub modio diutius delitescere, sed Romanæ Civitate donare atq; ex umbra in lucem proferre, vicemq; illius vehementer indolui, quòd tam egregius auctor sua laude fraudaretur, nec hæreticis nostra tempestatis objiceretur qui Græcum hominem vel Regiæ Urbis Patriarcham, idest pontificiæ dignitatis æmulum conspiciant arma retundentem, quæ adversum nos distringi consuevissent. Nam is primum divinæ Scripturæ locos præcipuos adducit, eosq; ingeniosissime explicat, deinde Pontificum Conciliorumq; decreta super Petri primatu: postremo suæ gentis scriptorum hos Occidentis, illos Orientis Doctores appellans; Adhibens præterea novellas quasdam Justiniani Imperatoris Constitutiones, in quibq primam Sedem agnovit Romani Pontificis. cæteris posthabitis omnibus: ex quo perspicuum cuicunq; esse potest, hunc omnem fere antiquitatem perlustrasse, atq; ex abditis latibulis feliciter eduxisse. Etsi ea Græcis suis composita sunt, qui adeo impudenter à concordia in Florentino Concilio firmata desciverunt, tamen omnia adversus juniores hæreticos mirifice sunt accommodata, atq; id potissimum de Petri primatu, et alterum de igne purgatorio Caput. Nam veluti Græci post obedientiam Pontifici Romano

Romano subtractam infame machomethis jugum subierunt, ita et nostri temporis hæretici in maximas calamitates inciderunt, ex quibus humana et divina jura, quantum in ipsis fuit, funditus perversa sunt, atq; conturbata. Turca post impia lutheri dogmata totam fere Pannoniam occuparunt. Sed plura et fortasse imminentia non libet addere, nec tam infelices exitus Christianis hominibus ominari. Apud Anglos, Scotos, Germanos, Gallos, quot mala contigerint, postquam Hugonoti à Romana Ecclesia sejunxerunt, vel cæcis est cognitum. Cæterum si hæc à Latino pertractata fuissent, poterit quivis facile suspicari, eum sibimet absentari, et secum colludere, sed cum à Græco composita sint, non Romæ apud nos, sed Constantinopoli in Regia Urbe apud suos, necesse est conficeri eum divino numine afflatum conscripsisse: eoq; magis quod is jurejurando interposito, testatur se tantum veritate ductum hæc scribere, et tanqm ante Dei Tribunal constitum alio numquam oculos deflexisse. Verum alias etiam Romani Pontifices sibi Græcos homines adjunxerunt veluti Bessarionem, Nicænum, et Ruthenum Isidorum S.R.E. Cardinales, viros omni virtutum genere insignitos, aliosq; homines ejusdem notæ. At vestra Sanctitas ulterius est progressa, cum Græcorum Collegium nuper instituerit, et paulo ante Germanicum, quæ duæ Nationes si se nobis adjunxerint, cæterum nullo negotio subsequentur, et ad primam sanitatem revertentur: quod quidem illo Vestræ Sanctitatis auspicijs sperare possumus, et debemus, cum ea publicis semper invigilet commodis, et intendat, ac veluti impiger nauta, nunqm clavum de manu dimittat, vere Christi Vicarius, et Petri Successor. Eodem pertinet Neophitorum Collegium sapientissime nuper auctum, vel conditum, quasi seminarium omnium, qui suæ gentis sectis desertis sub Christi Dei nostri vexillis voluerint militare. Sed divino prorsus consilio contigisse videt, quod eo potissimum tempore prodierit Gennadius, quo Græcorum Collegium est constitutum, quasi gratias acturus ob ingentia beneficia erga suam gentem collata. deprecetur, ut vestra beatitudo hoc studium perpetuo servet, cum litteræ et disciplinæ omnes magna ex parte ab ijs exortæ sint, et S. Theologia eorum scriptis maxime sit exculta, et illustrata, curiq; Romana dignitas ab alijs postea miris præconijs sit celebrata, nam Nicænus Bessarion, et Trapezuntius Georgius, de principatu Petri, lectu dignissima condiderunt, paucis ea quidem cognita, sed luce, et sole dignissima. Verum hi longo intervallo ab eloquentia Gennadij absunt, de quo author Nicolaus Majoranus Episcopus Melfitensis, veri et virtutis amantissimo sæpe dicere solet. Ego quinquaginta annos in famulatu hujus S. Sedis et Pontificum vixi, eosq; obiin me merita, coluisemperut debui: at nulla alia re magis ad eorum cultum sum accensus, et inflammatus, quam ex hujus voluminis lectione. Non dedigneturergo Vestra Sanctitas, cum per sacras licuerit occupationes huc veluti in amanum quoddam viridarium paulisper divertere, et reliquo etiam quatuor capita oculis perlustrare, quorum vertendorum onus mihi injunctum est. Reliquum est ut Deum optimum maximum, pro incolumitate sua omni conatu deprecemur, qua cum sit ad publicas nata commoditates, longiora vita spatia meretur, non tam ob laborum suorum fructum, quibus etiam majora debent, quam ad totius Reipublicæ Catholicæ commodum ac beneficium, cui omni adhibita humilitate, pedes deosculamur, et fortunam nostram commendamus. Roma calendis Ianuarijs. MDLXXIX. Sanctitatis Vestræ humillimus servus. Fabius Benevolentius.

Antonius Caucus Archiepis: Corcyren: Camera Apostolica Clericus.

Lectori.

Cum paucis abhinc annis apud orientales Græcos munus obiens Episcopo debitum Corcyræ degerem, oblata est mihi occasio internoscendi penitus, quid ij de fide ac religione sentirent. Cum eorum ritus et dogmata majori ex parte à Catholica veritate recedere intellexissem, per otium libuit ea adnotare et literis mandare. Itaq; libro de hæresibus junctorum Græcorum conscripto, Gregorio. XIII. Pon: Max: dicavi, et tradidi. Inter cætera absurda, et à vero prorsus abhorrentia, adverti id esse potissimum, de Papæ primatu

primatu quem ÿ adëo invidiosè, et pervicaciter abnegant, ut neq; calvino, vel Luthero, vel alij nostræ ætatis hæresiarchæ concedant. Quamobrem apud me statui, et credidi, nihil plane apud Græcum hominem et Latinæ Ecclesiæ hostem interesse: verum ideo magis asserarem, nisi Fabij Benevolentij opera, viri in Græcis literis non vulgariter eruditi, familiaris, et domestici mei, ad manus meas opus quoddam pervenisset, Gennadij Scholarij Constantinopolitani Patriarchæ de Papæ authoritate, quod cum mihi valde novum, atq; incredibile videretur, omni adhibita curâ de hoc authore, et authoritatibus super hac re prolatis perquisivi. Ac cum contra quam expectabam perspexissem, et copia verum, et pondere hunc cæteros qui de hac re conscripserunt, anteire visa si, ut tam eggregium opus cum Latinis communicaret, ut non parvi futurum momenti ad Ecclesiæ Romanæ dignitatem patefaciendam, atq; illustrandam; pollicitus pro hac re peragenda omne meum studium atq; opem. Nam si tum cum apud Græcos in oriente versarer, hujus libri facultas contigisset, ita procul dubio eorum temeritatem, et impudentiam retudissem, ut respondendi locus amplius datus non fuisset. Quoniam huic objicere ut alijs quibusdam non potuissent eum esse latinorum assectam, et in illorum gratiam scribere cum esset Constantinopolitanæ Patriarcha, et ab ijs electus; nec quod Romæ nobiscum versatq; cum ea occasione Florentini Concilij tantum sit in Italia commoratus, ubi semper Ecclesiæ Romanæ favit. ut in actis Synodi, et ejus orationibus patet. Sed post cum Paleologo Imperatore in orientem reversus, Constantinopolitanus Patriarcha creatus est, paulo ante captam à Turcis Civitatem, in qua vixit, obijtq; Catholicæ fidei semper propugnator, et vindex, quemadm ex hoc libro liquido declaratur, et ex alijs quantum audire, et legere licuit. Convertant igitur oculos et mentem ad hujus operis pij lectionem Catholici, et veri amantes viri: existimo namq; me hoc vere asserere posse, pauca hujusce generis scripta reperiri, quibꝰcum Gennadij lucubrationes, sive facundiam spectes, sive doctrinam conferri valeant, tum ad Apostolicæ Sedis authoritatem propagandam, tum ad hæreticorum rabiem compescendam. Valete.

Vita Gennadij Scholarij Patriarchæ Constantinopolitani.

Ioannes Paleologus Constantinopolitanus Imperator, cum Ferrariam ab Eugenio. IV. fuisset evocatus pro Ecclesiæ concordia transigenda, eduxit secum viros Ecclesiasticos Laicosq; omni virtutum genere insignes. Inter cæteros ex Clericis Nicænum Bessarionem, et Isidorum ruthenorũ Patriarcham, ex laicis Georgium Scholarium Senatorem, et alios quosdam, quos non est necesse commemorare, cum in Concilij Florentini actis affatim legantur: cæterum disputationes de fide inter Ecclesiasticos intercesserunt, laicis ut mos est, secessis. Scholarius igitur etsi dignitate multis esset inferior, doctrinâ tamen nulli erat secundus, ut ex hoc commentario patet, in quo Decreta Concilij tuetur. Sed et in eodem Concilio duos libros edidit suæ fidei confessionem in ijs exponendo: quos Imperatori, alijsq; in Synodo legendos tradidit; eosq; audivi Parisijs latine factos, atq; editos. Præterea hic orationes tres composuit, ubi Græcos ad unionem cum latinis hortatur locupletissimas, nam eloquentiæ palmam huic tribuere tum Græci videbantur, idcirco ea jussu Imperatoris volumini Concilij actorum inserta sunt. Ergo concordia post multas concertationes inter Græcos et Latinos transactâ, Imperator cum suis Constantinopolim est reversus, pius profecto et Catholicus Princeps. Verum eô paulò post vita defuncto, in Regno successit Constantinus ejus frater cognomento Dragases, non eadem qua frater erga Romanam Ecclesiam pietate. Opera igitur et suasu Marci Ephesini Episcopi omnia perturbata sunt, quoniam nec Græci, juxta suam instabilitatem et levitatem, conventis stare voluerunt: Nam Marcus scriptis adversus Latinos editis, a Catholica fide eos abalienavit. Hujus temeritatem cum Scholarius ferre non posset, monitu Gregorij Protosyngeli Patriarchæ omnibꝰ ejus capitibꝰ respondit, qui liber impressus non est. et paucis cognitus. Defuncto Gregorio suffectus est in ejus locum Scholarius, A. Dñi. 1452. ut patet ex Chronico Ecclesiastico Onuphrij Panvinij

factusq; etc

factus q̄ est è Georgio Gennadius Græcorum more: qui cum ad Patriarchalem apicem evecti sunt nomen assumunt quod ab eadem litera incipiat, qua proprium, paulo diversius quam Romani Pontifices consuevere. At nec ijs contentus, scripsit in Patriarchatu librum commentarijs quinque distinctum secundum quinque articulos in Florentino Concilio firmatos, in quibus copiose ejus decreta asserit, Marcique impudentiam simul et temeritatem retundit: qui lapis angularis, et scandali petra vere dici potest, veluti procipuus inter Græcos Schismatis refutator, et represor. In tractandis quæstionibus secutus est ordinē in Conciliis habitum Gennadius, quæ quinque extiterunt: scilicet de Sancti Spiritus processione; De conficiendo in azymo vel fermentato; De purgatorio: De fruitione Sanctorum; et de Papæ primatu. In qua re oblata est ei occasio omnem eloquentiæ suæ copiam effundendi, non ut in alijs capitibus evenit, quæ acrimoniam tantum postulant disputandi, quanquam ubique sua explendescat oratio. Is hunc librum in urbe Constantinopolitana videtur conscripsisse, paulo post direptionem ejus subsequente Turcarum Imperatore: quam rem adeo tragice in quinto deplorat, ut cuivis lacrymas excitare possit. Audivi etiam de angelo Justiniano Græco homine Genuensi Episcopo se legisse monodiam Gennadij ejusdem argumenti, in qua copiose explicat et lamentatur suæ Civitatis et gentis interitum vel magis excidium. Retulit etiam se habere opusculum divi Thomæ Aquinatis de Ente, et Essentia ad eodem authore in Græcum sermonem versum, et commentarijs ab eo illustratum, quod aperte indicat eum vel latina callluisse, ut antea opinabar, cum multa ex nostris authoribus in hoc libro adducat. In tractatu de Papæ primatu, citat quædam ex Gratiani decreto, ex quibus deprehenditur id quod modo dixi. Sed nec omittendum videtur quod Diplobatazius Latinus Jurisconsultus quamvis Græcus natione, scribit se vidisse Venetijs Gratiani decretum Græce conscriptum eō allatum a quodam legato Regis Cypri, nam satis notum est juniores Græcos complures ex Latinis scriptoribus etiā Ecclesiasticos suos usus vertisse, qui hodie leguntur in Vaticano et alibi. Robertus Constantinus Gallus in sua Bibliotheca testatur Gennadium hunc scripsisse libros de fide, de Dei cultu, et contra Judæos, et responsiones pro Christianis et in Bibliotheca Regia manuscriptos Parisijs asservari. Laonicus Chalcondyles atheniensis libro 6. historiæ turcicæ, meminit hujus tanquam primas apud Græcos sapientiæ partes obtinentis. Quanti fecerit hunc Bessarion Cardinalis nicænus, ostendit in epistola quadam ad Græcos de Petri primatu, in qua eadem fere leguntur, quæ apud Gennadium conscripta sunt, interdum q̄ ijsdem verbis. nec dici potest primum scripsisse Bessarionem cū ejus epistola data sit anno. 1463. et Gennadius obierit. 1460. secundum Panvinii Chronicon: ut liquido pateat, et tunc apud omnes ejus virtutem claram et celebrem extitisse. Et id de Gennadio præfatum fuisse sufficiat.

ad Lectorem.

Ad Lectorem.

Sciendum est quod in hac versione Gennadij; usi fuimus auxilio quatuor codicum manuscriptorum antequam Graecus liber typis excuderetur; Primus est advectq̃ e Creta, relatumq̃ est eum fuisse Georgij cujusdam Corinthij, viri in Graecis literis non mediocriter eruditi, quo cum ego ante multos annos Venetijs familiariter versatq̃ sum. Alter fuit marcelli secundi Papæ, cum de sua Bibliotheca protulit Cardinalis Sirletus, quem ego honoris causa nomino, testatus illum aureis centum coemptum. Tertius ex Vaticano ab hoc fonte deductus, ac descriptus. Postremum sed magis vetustum commodavit Illustrissimus Cardinalis Farnesius, at sine nomine authoris in Insula Naxo una ex Cycladibus, ut videtur, conscriptum. Animadvertendumq̃ est in his omnibus, quod ubi fol: 384. linea. 37. in Graecis impressis legitur Januarius, in scriptis haberi Jovianus, alludendo ad Jubajani nomen, ad quem scribit Cyprianus horum similia, qua in epistola Jubajani continentur. Sed locus à Gennadio adductus, reperitur in epistola ad Januarium, ut non ausim reprehendere eos qui Januarium pro Joviano reposuerunt. Idem evenit de Eunomio folio. 399. linea. 20. in cujus locum impressus posuit Macedonius ejusdem haeresis cum Eunomio auctor, ut Niceta Graecus scriptor attestatus, ubi de haeresiarchis et eorum haeresibq̃ sermonem habet, quod addimus, ut magis curiosis satisfaceremus. — Praeterea non omittendum in tractatu de S^ti Spiritus processione, Graecos ubi quibusdam vocibus, quarum significata non unde quaque Latinis respondent, veluti: οὐσία, ὑπόστασις οὐσιοποιὸν αἰτία: quod ad verbum significat causa, cum Graeci dicunt Spiritum Sanctum esse: ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον Latini doctores pro causa dicunt principium, vel origo nam Graeci verbi vis utrumque sua latitudine comprehendit. Idcircò fere semper ex Gennadio ita vertimus; αἰτία, οὐσία. modo essentia modo subsistentia. &: ὕπαρξις: substantia, quanquam Bessarion in sua oratione dogmatica ad Graecos in concilio, quam is postea latinam reddidit, vertit existentia, et subsistentia, promiscue. Pro qua voce Boetius in tractatu de duabus Christi naturis, adversus Eutichem et Nestorium, videtur usus fuisse: ὀφίστωσις, ἐνύπος-τασις: vertimus persona, et hypostasis, et subsistentia. Caeterum de vi horum verborum non est amplius quid laboremus, cum ea quandoque confundantur, ut Boëtius in supradicto ostendit tractatu. In Concilio etiam Florentino, sessione. 17. et. 18. eadem verissime explicantur: et apud divum Thomam leges, nonnulla in libro de Graecorum erroribus ad hoc argumentum pertinentia, atque ad omnes Gennadij tractatus: eadem enim quaestiones in Concilio Lugdunensi a Graecis disputatae sunt, quamvis exitu dispar, quoniam Imperator tantum Graecus cum Pontifice consensit, suis doctoribus pervicacissimè reluctantibus: verum haec alias commodiori loco dicemus.

In epistola divi Maximi ad Marinum, folio. 21. linea. 9. ubi legitur, comprehenderunt, sciendum quosdam vertisse, susceperunt, potest dici etiam apprehenderunt, nam: ἐπιλάβοντο, utrumque significat, de qua epistola leges multa Sessione. 7. et. 23. in Florentino concilio et ibidem ubi legit in impressis: Ἐνυπόστατος. per. v. scribendum est ex manuscriptis Vaticanis. Ἐνυπόστατος. per. n. ubi totus hic locus fusius explicatur, ut suo tempore in annotationibus docebimus.

Caesaris Manutelli

Casaris Mazzutelli Camertis.

Salve maxime Gennadi Senator
Byzanti, et Eloquio tonante cujus
Vires haresis impia Domantur
Græcorumqué, Ephesiqué pertinacis.
Salve! qui Solium, vicemque Petri
Jus et dogma Sacrum tuere Roma.
En quod Tu Latio dedisti Honoris,
Idem dat Latium Tibi vicissim.
Nam qui Græcus erat Tuus Libellus,
Nunc, et per Fabium sonat Latine,
Ut Græcis veneravis, et Latinis.

Petri Contestabilis Genuensis.

Inclyta Gennadio lætetur Roma Latino,
Quæ celebri partu nuper adacta fuit.
Quo plures factus Noster, quam Græcus habebat
Asseclas. Latio hoc gloria major erit.
Et Fabium studio, cujus nova munera dantur,
Illustrem æterno tempore reddet honos.

I. Hieronymi Catena Nursini.

Quam merito à falsis, Gennadi, vera tuentem
Nulla habita Gentis Te ratione Tua,
Gloria consequitur! veris Te laudibus ornat
Romano in Solio qui Sacra sceptra gerit.
En colit Hesperius, Te jam veneratur Eous
Dum morem Patrium deseris, astra tenes.

Franciscus Cinta.

Franciscus Pinta
Presbyter
ac Theologia Doctor
Studioso Lectori.

En habes humanissime Lector, librum sane quam eruditum, et pium quem à Gennadio Patriarcha Constantinopolitano, Graco primitus Sermone conscriptum, Fabius Benevolentius vir, tum ornatus aliqui, tum non vulgariter eruditus, Romana donatum lingua, in communem Latinorum utilitatem emittit. Eum ego librum, ab Admôd Reverendo Fratre Paulo Constabili Sacri Palatij Magistro, viro integerrimo, ad me ut illum examinarem transmissum, non sine summa quadam animi alacritate perlegi, idq; non tam quod opus ipsum recens esset, ac varium, quam quod multa in eo se se obtulere mihi, scitu dignissima, qua nusquam hactenus (legeram) apud Latinos authores. Facta autem quam diligenter à me fieri potuit collatione cum Gracis, nihil, uti arbitror, temere elapsum est, quod tuas Lector aures queat offendere: nisi quod cum res ipsa de quibus in hoc opere disputatur sint perdifficiles, vix fieri potuit ut non aliquid interdum aut durius, aut obscure, aut etiam parum eleganter in aures incurrat. Scis enim, quam sit difficile de rebus quales hæ sunt, divinis copiose, perspicue, et ornate conscribere. Contentus igitur ejus debebis, quod Gennadium de prestantissimis nostræ Religionis dogmatibus latino loquentem sermone, licet audire. Jam vero ut de toto ipso opere dicam quod sentio, nihil in eo non pie simul et erudite, nihil non aute disseritur; nusquam non, aut Catholica fides validissimis argumentis adstruitur, aut hereticorum et schismaticorum machinamenta ingeniose, ac subtiliter eliduntur; ut vere possim asserere, si nihil unquam sanctissimis Conciliorum presertim vero Florentini Decretis adversus Gracos qui ab Ecclesia Romana desciverè, definitum hactenus extitisset, vel hæc tantum commentaria, modo legerentur deposito æmulationis studio: posse sufficere, ut miseranda Gracorum natio, ab inveteratis erroribus revocata, planum atque directum Catholicæ veritatis iter aspiciat. Verum hoc DEO optimi maximi opus est, quem precari semper oportet, ut is hæc pro sua voluntatis arbitrio perficiat; Porro autem de Gennadio admonuisse sufficiat, eum ipsum esse auctorem, qui Sessione ultima Florentini Cõcilij Georgius Scholarius dicitur, qui et in eodem Concilio celebres, pro ineunda cum Latinis concordiæ

orationes

orationes ad Graecos habuerit, qui denique doctissimus, non à privato quo-
dam laudatore, sed ab universo Concilio nominari meruerit. Verum hac
de re fusius. ipse etiam interpres eloquitur. Superest. ut si quid ego labo-
ris si quid operae, aut industriae (quod minime diffitetur interpres) in hujus o-
peris recognitione posuerim, si quid in communem omnium utilitatem
contulerim, totum id Deo bonorum omnium Authori, charissimus in
Christo lector adscribat.

INDEX

Auctorum et Rerum atque Sententiarum

Quae sunt apud Gennadium à Cesare Maz-
zutello concinnata.

Auctorum.

A.

Ambrosius.
Anacletus Papa.
Anastasius Synaites.
Andreas Archiepiscopus Cretae.
Apostolorum Constitutiones.
Athanasius.
Augustinus.

B.

Basilius.

C.

Cantica
Concilia. Primum, Secundum, Tertium, Quartum, Quintum,
Sextum, Septimum, Octavum. Chalcedonense

Chalcedonense. Constantinopolitanum, Ephesinum, Ephesinum Hæreticorum, Florentinum, Lugdunense, Nicænum Sardicense.
Constantinus Imperator.
Cyprianus.
Cyrillus.

D.

Damasus Papa.
David Propheta.
Decreta.
Dionysius Areopagita.

E.

Ecclesia Catholica.
Ecclesia Græca.
Ecclesiastes.
Epiphanius Cypri Archiepiscopus.
Esajas Prophæta.
Exodus.
Ezechiel Propheta.

F.

Felix Papa tertius.

G.

Gregorius Dialogus Papa.
Gregorius Nazianzænus.
Gregorius Nyssenus.

H.

Hieremias Phopheta.
Hieronymus.
Hilarius Græcus auctor.
Hormisda Papa.

I.

Jacobus minor Apostolus.
Innocentius Primus Papa
Joannes Chrysostomus

Jóannes Chrysostomus
Jóannes. Climacus.
Jóannes Evangelista.
Joannes Damascenus.
Jo6.
Jóel Propheta.
Judith.
Justinianus Imperator.

L.

Leò Imperator.
Leo. Papa.
Lucas Evangelista.

M.

Malachias Propheta.
Marcellus Papa.
Marcus Evangelista.
Marcus Ephesi Episcopus haereticus, ejus epistola ad omnes gentes, et encomium in Heliam.
Mathaus Evangelista.
Maximus.

N.

Nicephorus Callistus Xanthopulus.
Nicolaus Papa primus.
Nicolaus Papa quintus.
Numeri.

P.

Paulus Apostolus.
Pelagius Papa.
Petrus Apostolus.
Proverbia Salomonis
Psalmi.

R.

Regum libri.

S.

Sapientia
Sapiens quidam.
Simeon Metaphrastes.

T.

Tarasius Constantinopolitanus Patriarcha.
Theodoritus.
Theodoras Studites.
Theophanes.

V.

Vita Sanctorum Patrum.

Z.

Zonaras.

Gennadij Scholarij
Patriarcha Constantinopolitani.
EXPOSITIO.
Pro Sancta et Œcumenica Synodo Florentina, et defensio quinque Capitum quæ in Decreto Ejus continentur
AD GRÆCOS.
Fabio Benevolentio Senensi Interprete.
PROEMIUM.

Si magnum Religionis Mysterium, pura mente, et sincera dispositione adhibita fuerit perquisitum, mentis oculos, et corporis explanat, atqué aperit, solaribusqué radijs clariores reddit, ac veluti ji desuper in terram procumbentes, non planas tantum vias sed etiam abditos, et obscuros angulos illustrant: sic et mentis oculi veritate subnixi, nec rerum distortarum præsumptione obtenebrati, non solum quæ sunt recta et facilia scriptura percipiunt, divino præeunte auxilio, sed etiam quæ in intimis sensibus orationis absconduntur exacte intelligunt, et ad rectum sensum perducunt, atque ut percipiantur efficiunt: quemadmodum Sapientia dicit. Omnia recta sunt intelligentibus, et æqua invenientibus scientiam, nec est in ejs quid pravum neque perversum. Nos igitur Sententiam nostram omnibus declarare cupientes, veritati confidimus, et Religionis dogmati nos ipsos committimus. Hortamur autem vos, ne subdole, et invidiose orationem nostram perscrutemini, sed pura mente et conscientia: non enim de minimis agitur o amici! verum de magnis rebus ac divinis, quanquam interruntius imbecillis est et infirmus, ut Ecclesiasticam proponat concordiam, quæ contigit diebus nostris: quam multi mortales ante nos videre exoptarunt nec viderunt. Quid igitur? quoniam literaturam non cognovi ingrediar in potentias Domini: et cum David exclamabo. Et lingua mea meditabitur justiciam ejus. Sed quamvis a quibusdam oppugnemur dicentibus, nos non Divino ductos zelo Florentinam Synodum amplexari, imo potius temporaria ductos gloria, in eam transfigurari; et quod muneribus, et pollicitationibus svasi, eam induimus, aliaqué multa dicenda tacenda conviciantur. s. O tuam patientiam omnium Rex! vulgi temeritas insolens verba effundat adversum Deum blasphemia plena, in nostram fidem, et in Deum contumeliosa, acsi ethnici essemus: non tamen

Proverbi: 8. illa pericope deest in vulgata.

Psalm. 70. psalm. 31.

ut videamus

ut sileamus nobis persvadebunt, sed ad oculum qui omnia videt
convertemur, et ad illud incorruptum Tribunal mentis aciem di-
rigemus, ubi nobis non obierit temere hic effusa accusatio, ibi enim
accusatoribus non est opus: quemadmodum neque eorum qui incon-
sulte gratificantur conjuratio proderit, non enim ibi est opus advo-
catis. In illud igitur, cui nihil est occultum, Tribunal inspicientes,
omnes contumelias floccifaciemus, imo vero sententiam nostram
nudo capite, et audacter pradicabimus. Id tantum de nobis om-
nes scire velim, quod omne si quid a nobis dictum, aut factum est, et
qua in presentia instituo Dominus sit si id pro Ecclesiastica con-
cordia constituenda gestum est, non ut aliquid ex nostris consvetudi-
nibus vel dogmatibus abrogaremus, sed quicunque ad hanc Eccle-
asticam pacem descendit, et Decretum Florentini Concilij recipit,
quasi consvetudines, et dogmata nostra damnaverit Ecclesiamque
Romanam Orientali et nostra proposuerit, nec utrique eundem
honorem exhibere voluerit (: cum una tantum sit Ecclesia, unamq;
Fidem et Religionem pradicet:) decidat is a Christi Regno, Judaque
proditori et crucifixoribus ejus adnumeretur, quandoquidem nostra
Ecclesia eandem pradicat fidem, quam Romana Ecclesia confitetur,
et tenet, nec unquam a Solo Patre procedere Sanctum Spiritum sentit
neque in pulpitis pradicavit, neque in azymo Sacrificium est aspe-
nata, absit: nec animarum purgationem utcunque abnuit, sed ne-
que Sanctorum fruitionem reprobat, neque Romanum Pontificem
rejicit, quasi non sit totius Ecclesia caput, ut postea declarabitur
capitibus Singulis suam assignando responsionem. Sed a qui-
busdam litigij, et contentionis studiosis ea dicta sunt, et scriptu-
ra mandata: quos vulgi temeritas sequens, convitia et contu-
melias adversus Romanam effundunt Ecclesiam, et adversus
nos qui eam sequimur. At nos pradictum jusjurandum, quasi
orationis nostra fundamentum prostruentes, orationem resu-
mamus, asserendo nos Divino zelo, et quia vera est Synodum hanc
integre tenere, non autem humana gloria gratia eam amplec-
timur, neque muneribus corrupti, ut ipsi dicunt, eam suscipi-
endo firmiter apprehendimus, sed veluti Christi sententiam

et Doctrinam

et Doctorum Ecclesia. Si vero ignorantia et pravitatis morbo
ægrotantes dicere audent, quod quæ a Synodo gesta sunt, non se-
cundum mentem et sententiam Doctorum Ecclesiæ gesta sunt
imo contra se se habet, magisque quam si tonitruum ederent, vi-
dentur Sacri Doctores hac scriptis tradere, ab ipsique nos hanc
Sententiam et fidem didicisse confitemur, ac pro ea prædican-
do pugnamus; eamque usque ad extremum spiritum inviola-
tam servare exoptamus, et una cum ea occumbere speramus
et coram Salvatore Christo Deo, cum ea in Judicio sisti,
et cum eâ in sempiternum quocunque dabit Deus, qui Om-
nia conspicit, nihilque ei absconditum est, mitti: nec ad ho-
mines sed ad Deum respiciendo, hanc concordiam, et Eccle-
siæ unionem amplexari oportere existimavimus. Quod
si aliquibus non videtur, nihil ad nos; quia nos quod debe-
mus efficimus, vos vero quid dicitis? qui Sacram Syno-
dum non recipitis. Non est ejus decretum secundum Doctorum senten-
tiam. At nos contrarium demonstrabimus non ex nostro sensu, ne absur
da dicere videamur: quis enim persuadere vobis aliquid possit, si sua tantum
modo argumenta in medium attulerit: sed ex divinorum Patrum et Eccle-
sia Doctorum, non occidentalium tantum, verum etiam Orientalium quo-
rum dicta etiam infernus vereretur tanquam à sacro et divino Spiritu
illustratorum. Ac primum quidem quinque ex nostris criminantur, imo non
ex nostris sed ex Ecclesia: nam Ecclesia in suo decreto, veluti Stentor om-
nibus viribus clamat. Primum: quod Sanctus Spiritus ex Patre et Filio proce-
dit, idque ipse Filius a Patre accipit: Cuncta inquit enim quæ habet Pater
in generando tribuit Filio, præterquam esse Patrem. Secundum: quod Sa-
crificium per azymum vel fermentatum unum et idem est, quodque San-
ctissimum Christi Corpus in utrisque conficitur partibus. Tertium: quod
anima illorum qui in pœnitentia moriuntur, purgatoriis pœnis post-
mortem purgantur, et fidelium vivorum suffragiis juvantur, idque pro
pterea quod antea de peccatis suis satisfacere non potuerunt. Quartum:
quod Sancti sunt in gloria Dei quatenus anima, Deumque ad faciem
vident, et Ejus lætantur visione, et rursus in gehennam peccatores
ire clamat: et quemadmodum illos beatitudo lætificat, sic et hos a die eorum
exitus ignis comburit. Quintum: quod Papa, sive Summus Pontifex

Romanæ

Romana Sedis Apostolica caput est totius Ecclesiæ Beati Petri Principis Apostolorum Successor, et veris Vicarius Domini nostri Jesu Christi. Ecclesia vero adversarij Ecclesiam reprehendunt quod ea quæ vera non sunt senserit, et Decreto prolato apostolicis et rubris literis ea sibi arrogaverit: nobis autem Ecclesia ab ijs oppugnata, neque patrocinari convenit, neque possibile est, cum fortem advocatum secum habeat Christum Jesum, et suam veracem promissionem firmiter obtineat, idest, quod porta inferi non prævalebunt adversus eam, quodque cum ea erit usque ad mundi hujus consummationem: et quod solida petra est, in quam qui offendunt peribunt, sine qua salutis nulla spes est. Cum igitur sponsum ipsum secum habeat, illi non sit opus advocatis: nobis magis magis opus est, qui ab ijs quasi male gesserimus unionem cum Latinis recipiendo incusamur. Et quia nos tanquam ignorantes reprehendunt, et veluti perditos damnant, et, proh dolor, nos lugent, et ut hæreticos aversantur, ab his igitur coacti hæc conscribimus, ut nos inculpatos, et hac reprehensione, et calumnia indignos, et Dei gratia orthodoxos ostendamus: imo eos majoris pœna et damnationis reos quam cujus nos illi temere et superbe condemnant. Ac primum quidem Dei gratiam perquiramus perinde ac nihil proferre valeamus, nisi is ante nobis se aperuerit. Ipse est enim qui dicit. Et sine me nihil potestis facere, posteà: quantum nostra mentis exiguitas patitur, si in medium proferentes, criminibus objectis respondebimus, non Syllogismos adhibendo, si: quippe et illi vere dicunt fidem nostram Syllogismis non constare, neque nos id efficere valemus: sed Sanctorum Ecclesiæ Doctorum testimonijs utemur. Cæteris ergo omissis, a primo Theologo exordiar Domino nostro Jesu Christo in primo capite in quo nos accusant, quod Spiritus Sanctus non procedit etiam a Filio, sed à Patre tantum. Sic utique hi dicunt, et ut ajunt recte sane tradunt, ac vera credunt. At quia nos etiam à Filio procedere dicimus, adversari nos Sanctis dicunt, et Christo dicenti. Qui à Patre procedit, hoc ipsi asserendo se justificari putant: nos vero cum caritate et pace Deo opitulante ostendemus, etiam à Filio Spiritum S: procedere, quemadmodum sane et à Patre non in ira contumeliosi, sed discipuli Ejus qui dicit. Pacem sequimini nec irascamini, cum loquimini.

Matth. 16. 20.

Joan 15

Joannis 15.

Hebr. 12

Spiritum Sp cedere ex Filio non ex patre tam
ut ajunt qui Synodum n. sequunt. Caput. 1.

Spiritum Sanctum procedere ex Filio non ex Patre tantum ut ajunt qui Synodum non sequuntur.

Caput. I.

Incipiendum igitur ab eo est, qui primo Theologicam veritatem revelavit: hic enim apud Joannem Evangelistam capite. XVI. ad discipulos suos sic agit: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur a semet ipso, sed quaecunque audiet loquetur, et quae ventura sunt, annunciabit vobis; Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Num habetis quid ad hoc respondeatis vos qui contrarium sentitis? etiam inquiunt: cognitionem accipit, verba, acceptionem, audit a, filio, ut Filius a Patre sapientiam, et reliqua. et nos ita dicimus, sed quia multa intelligere in deo fas non est, ne compositum eum intelligamus, unum accipere dicimus, essentiam, quae sapiens est, et bona, et alia: propterea si sapientiam accipit, nil aliud nisi ipsum esse accipit: audiet ergo Spiritus S: idest ab eo audiet, a quo procedit: illud audire, cognoscere est, cognoscere autem esse. Quemiam igitur a se non est, sed a quo procedit, a quo venit ei essentia, ab illo cognitio: ab illo ergo et auditio, quod nil aliud est, quam essentia. Semper igitur audit Spiritus S:, quia semper cognoscit, et cognoscet: id circo audivit, audit, et audiet. nam ut diximus, idest ei audire, quod cognoscere, et cognoscere ei, idem est, quod esse: ab eo igitur audivit, audiet, et audit, a quo est: ab eo autem est, a quo procedit. Sed ne dicere possint, quod in eo pronomine, meo, cum dicitur quod de meo accipiet, intelligitur Patre, infra in eodem capite conjungit dicens; omnia quaecunque habet Pater mea sunt, propterea dixi vobis quod de meo accipiet, et annunciabit vobis, cum vero dixerit, omnia quaecunque habet Pater, mea sunt, occlusit omne os, volens excludere etiam Filium esse principium essentia Sanctissimi Spiritus. Quod autem verum sit, cuncta quae habet Pater, ea et Filium habere, ipse id testatur cum dicit; Pater, omnia Tua, mea sunt, et mea Tua. Et Joannes Damasci refulgens Spus agit: Omnia quaecunque habet Pater, in generando tradet Filio, praeterquam esse Patrem: ergo si Pater quatenus Pater produxit spiritum, et Filius hoc modo communicaret Patri, esset Spiritus ipse Filius, et Filius una cum Patre duo Patres Spiritus, et hoc paulo Filius cum Patre non communicaret essentia Spiritus, nunc vero non producit hoc paulo Pater Spiritum, sed quatenus productor: neque Filio opponitur, quin ipse quoque sit causa Spiritus: nam si quaecunque habet Pater, habet et Filius, et nihil remanet Patri, quod Filius non habeat, habet autem Pater productionem Spiritus, id ergo habet, et Filius. Et hoc denique aperte ostenditur, quod non solum a Patre est Spiritus, sed et a Filio. Hujus rei testis est omnium Doctorum scriptura, et maximus Cyrillus totum hunc locum egregie interpretans, et verba praedicta; attente animadverte quae dicit.

Joan: 16.

Joan. 17.

Damascen.

Cyrill.

Ecce

Cyrilli. Ecce enim ecce spiritum veritatis, idest sui ipsius Paracletum, dicens à Patre procedere eum dicit; nam quemadmodum proprius est Spiritus Filij cum naturaliter in eo sit, et ab eo procedat, sic etiam Patris est proprius, quibus autem Spiritus est communis, inter hos et ea quæ ad essentiam pertinent non erunt diversa. neq; nos verba quorundam perturbent, qui ob insciti̊am impiè de Religione sentire solent, et loquè quæ neq; fas est cogitare, quasi Filius ordinem aliquem adimpleat ministrandi, et Patris Spiritum creatura ministret; quippe cum neq; id quidam insulse dicere reformidarint, magis credere consequens est, quòd quia prius est ejus quemadmodum utiq; Dei, et Patris, ideò ad Sanctos suos discipulos Sanctificandos eum mittit. audis tu qui contradicis admirandum et magnum Patrem hunc, Cyrillum illum dico? quemadmodum inquit Filij prius est non p̄ modum ministrandi, sed naturaliter in eo est, et p̄ eum p̄cedit, sic et in Patre evenit. Si igit̃ quomodo est Filij, est et Patris Spiritus, superest nos intelligere eum etiam ex Filio p̄cedere: nam Sanctus hic dicit, quòd ut est Filij Spiritus, et p̄ eum p̄cedit, eodem modo et ex Patre. neq; te intelligere oportet, Filium usum aliquem adimplere ministrandi, et mittere à Patre Spiritum creaturæ, sed naturaliter. Si enim p̄ modum ministrantis non naturaliter mittit Spiritum Filius, ergo et Pater p̄ modum ministrandi habet Spiritum, non naturaliter; quia quomodo intelligitur de Filio, ita intelligit̃ de Patre, secundum Sancti hujus sententiam. Patris q; et Filij communis ē Spiritus quia p̄ st separati essentia Pater, et Filius. Si ergo commune ē, quomodo de Patre dicitur, eoq; et de Filio; quare si de Patre dicit̃ quòd ab eo p̄cedit, s: non enim aliud possumus intelligere, dicit̃ autem et Filij Spiritus, ergo et ab eo p̄cedit. Si vero dixerit quis, quòd secundum consubstantiale de Filio dicit̃, nec potest dici secundum Causam, diceret̃ s: inquam: Pater, et Filius ipsius Spiritus, quia unig essentiæ sunt Tres personæ, at id non dicit̃. Damascenus tibi navem conterit

Damascen. 10. capite. 8. sua Teologia. Filium dicit, neq; Spiritus dicimus, neq; ex Spiritu. Et Gre-

Nisseni gorius Nissenus tertia homilia super Pater noster, occludit tibi oculos: Filius inquit Spiritus neq; est, neq; dicit̃, neq; hæc relativa consequentia convestit̃ sed Spiritus Filij dicit̃, quia ab eo accipit, ab eoq; p̄cedit, et ex eo est, quemadmodum ex Patre. Idcirco Sanctus hic Cyrillq agit, proprig ejq ē ut Dei, et Patris, quo pacto proprius est Patris, quia ex ei habet esse, et procedit. Hoc iq̃ te intelligere oportet quod et ex Filio procedit, quia proprius est ejus, quemadmodum et Patris: et

Ejusd paulo post, hic idem Sanctus, in eadem expositione agit. Proprium Filij dicing Paracletum, idest Spiritum s: non extrinsecq ingredientem, neq; adventitium in ei, ut in ijs evenit, qui Sanctitatem suscipiunt et non entibus generantur. sed consubstantialis ei sanè, ut et Patris, non enim loquitur à semet ipso, sed quæcunq; audierit: quando igit̃ venerit ille, idest Paracletus Spiritq veritatis docebit vos omnem veritatem, animadverte quam vigilans, quidq; sit vox, vide nominis sobrietatem, nam cum p̄dixisset sup eos venturum Paracletum, spiritum

veritatis

veritatis eum appellavit, idest ipsumet, ipse enim est veritas, verum ut discipuli scirent non esse alienum, et extraneum illius adventum, sed seipsum aliter exhibiturum pollicetur, spiritum veritatis, idest ipsumet Paracletum vocat: non enim ab unigeniti essentia alienq spiritq s. intelligit, procedit autem naturaliter ab ea, cum nihil aliud præter eum sit, quo ad identitatem naturæ, et si potest intelligi ppria subsistendi modo: et post alia, quando igitur venerit ille, non loquetur inquit à semetipso, sed neq novam vos docebit doctrinam, non enim legem dat, sed quia spiritus, et quasi mea mens est, loquetur cuncta quæ sunt in me: et post pauca; quia omnino ex meâ essentia spiritus est. et quasi mea mens. is ventura dicere n potest, nisi omnino in me sit, et per me procedat. sup illud, ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annunciabit vobis; clarificat ergo Filium Paracletus, idest proprius ipsius spiritq, quia omnia potest, et omnia scit, quomodo vero clarificat? qua enim scit, et potest ejus spiritus, quomodo ipse utriq; sui et perficit, quomodo. ipse vim et robur in omnibus non haberet? et paulo post: Quoniam consubstantialis est Filio, et ex eo ut Deum decet procedit, omnem suam in omnibus perfectissimam operationem habens, et vim, idèo dicit, de meo accipiet. Et post alia: Irreprehensibile igitur omnino erit, et extra omnem contumeliam ponatur, si ab unigenito quid accipere dicat ejq spiritq, nam ab eo naturaliter procedens, ut ejq ppriq, cum omnibq quæ habet, perfecte accipere sua dicit. Et post pauca: Hoc etiam mihi naturaliter adest, propter hanc dixi causam, quia de meo accipit, et annuntiabit vobis, nemo in his perturbet, cum accepimus nomen audiverit, id potiq consideret: ita enim recte egerit: quod omnia quæ ad Deum ptinent, proferunt quidem more nostro, at non ita intelligunt. sed supra captum nostrum, itaq; accipere spiritum dicimus, à Patre, et Filio, quæ eorum sunt, non tanqm aliquando insitam in ejs sapientiam et potentiam non habuerit, tunc vero tandem habeat, cum intelligit accepisse. Semper namq; sapit, et potest spiritus, imo est ipsa sapientia et potentia, non ex participatione aliqua sed natura. Et post alia: Cum fructq igit et nota sit personæ generantis, Filius, omnia quæ habet secundum naturam secum adducit, idèo dicit, omnia quæcunq; habet Pater, mea sunt, idcirco dixi vobis quòd de meo accipiet, et annuntiabit vobis, spiritum videlicet, qui per eum, et in eo est, per quem in sanctis ipse inhabitat. non enim est aliud præter eum spiritus ejq, quamvis ipse p se intelligit, et ppriè spiritus, spiritus enim spiritq, et non Filius est. Audisti hujus magni Patris sententias, vel ut melius dicam instantias, et tela pacata adversus eos, qui non ex Filio etiam procedere spiritum s: asserunt. Quia partim p eum procedentem dicit, partim ab eo potuit, quemadmodum et a Patre, et rursq natura insitq ei, et per eum, et ex eo prgredit, ptuit, et procedit veluti sane in ipso et Deo, et Patre intelligitur, quid aliud quam veritas apertissima dignoscitur, quia ex Filio spiritq est,

et ex

et ex eo, et per eum, ut Sanctus hic multis in locis scribit: unde erga ostendere poteritis vos, quod ex Solo Patre spiritus est? cum Sancti omnes concordissime ut paulo post ostendemus, dicant, et omnes ex Filio procedere decernant. Itaq; credatis nobis, qui recte consulimus, imo non nobis, sed veritati, nec ita superbe nos incusate, velut inscij simus, vel ignari, et propterea Synodo parentes. Nam Sanctos omnes vidimus, rationibusq; eorum suasi, easq; sequentes, nos Latinis adjunximus. imo non latinis, sed sacra, et vera Patrii fidei, et sana Theologorum, et divinorum eorum virorum, doctrina, qui in ea Synodo excelluerunt; quibus Ephesi Episcopus sese incertus, nec eorum objectionibus respondere valens, ignave effugit. Frate Joanne qui cum eo disputabat acclamante, Adducite huc Ephesium, ut ejus responsiones audiamus, quas in quadam sessione edidit, Synodum devitans. Synodus vero eum evocabat, ut ingrederet, at is morbum simulavit, et nulla sessione coacta frater Joannes ajebat, adeodat huc Ephesij, accedat, non enim fas est cum laqui, et nostras responsiones non audire; rursus Synodo eum canonice vocavit, sed non paruit; quare evocato, nec parente, Synodo decretum tulit, is vero in contradicendo persistebat, non palam, sed in angulis; ita q; hostis Sanctæ Synodi declaratus est: sin autem in tempore ad disputationes accedebat, Sanctorum auctoritates non applicabat, corruptos et adulterinos, vetustos, sacros, et divinos doctorum codices dicens. At is quidem extinctus est, eo q; illud adversus sacram Synodum intrendens, quo pacto extinctum sit, et dedecore appletum sua amara resolutionis tempore, cognitum ijs est, qui vera dicere didicerunt. nos vero predictas magni Cyrilli auctoritates habentes sup illud, de meo accipiet, et sacram hanc Synodum eadem docentem, in suo quod edidit decreto, audientes, et ab eo confirmati, spiritum S: à Filio etiam procedere, synodo nos adjunximus; Nam cum dixerit Christus, quod de meo accipiet, nil aliud ostendit nobis, nisi quod etiam ab eo procedit: non enim possimus aliter intellegere, quia à quo Spiritus accipit, ab eo etiam esse habet, à quo habet esse, ab eo et procedit; accipit autem à Filio, et habet esse ab eo ut dicimus, et S: Basilius declarat: ergo et ab eo procedit, hoc igit pacto, et aliis Sanctorum auctoritates, clare voluimus dicere, deinde explanare, sed cum nos, duo efficere proposuerimus partim quia cum brevibus rem exponere polliciti sumus in immensum nostra excrescere potuisse oratio; partim quia adversarij meis dictis fidem adhibuissent si ea latius explicando contexerem: idcirco apparuit mihi visum est, seorsum tantum, Sanctorum auctoritates proponere; ad eos coarguendos, qui sa Synodo volunt contradicere, ad stabiliendam vero, et confirmandum eos, qui eam pie sequuntur, paucis quibusdam de meo in singulis

R. Joannes hic est Turnecremata, qui postea Cardinalis.

meo in singulis dictis, allatis.

Sectio II.

Omne verbum sacrum dicit evangelium, in duobus vel tribus Testibus stabit, num fidem adhibebitis vos, si pluribus testibus utemur? non arbitror, cum vos falsa suasione, et præsumptione pravitatis admista, permoveamini: Idcirco trium vice, quos Christus enumerat, terundecem addam, ne de catero locus contradicendi relinquatur, vel quid minimum adversus nos eloquendi. Nam Magnus Gregorius Nyssenus in quarta homilia in expositione super Pater noster, qua incipit. Qui umbram futurorum hæc inquit: Unigenitus Filius ex Patre à Sacra Scriptura nominatur, et hæc ejus verbum suam constituit proprietatem. Sanctus autem Spiritus, et ex Patre dicit, et ex Filio præterea ostenditur, si quis Spiritum Christi &c. dicit? non habet, hic non est ejus. audis quod ex Filio etiam esse testatur: et si quidam ut solent impij, et adversus primam salutem ingeniosi, verbum ex quibusdam libris stylo ferreo adhibito deleverunt, quidam tamen reperiuntur codices, qui adversus adulterantium libros audaciam clamant. Ubi est igitur qui dicit ex solo Patre, Ephesij ille mente commotus una cum suis antecessoribus; accedant et nobis ostendant unde hoc acceperunt, à Christone, an à Sanctis? nam aperte Christus hic prædicit, et Sancti: Christus ergo dicit, de meo accipiet, Sancti, ex Filio Spiritum esse à Sacra Scriptura ostendit: si ergo Sanctus hic, ex Filio dicens Spiritum, vera loquitur. mentiuntur Ephesij et ejus antecessores, dicentes ex solo, nam ex solo esse, destruit dicendo, et ex Filio. Illud vero ex Filio Spiritus accipit, et habet esse, magnus Basilius in 3tio adversus Eunomium testabitur, cujus principium. Vix tandem exsaturatus adversus unigenitum blasphemijs, In eo tractatu dicit. Quæ necessitas urget, si authoritate et ordine tertius est spiritus, eum naturâ etiam tertium esse, qui eo auctoritate quidem secundus à Filio sit, et ab eo habeat esse, et ab eo accipiat, et annuncietur nobis, at in summa ab ea dependeat causa, Religionis ratio tradit. audisti cælestem Patrem hunc, cum ab eo &c. inquit: habeat esse, et ab eo accipiat. Videsti ut omnia nostro sensui consentanea sunt cum S. Cyrilli authoritatibus, et quod idem est, accipere à Filio, et habere esse ab eo. Ubi est qui dicit, ex solo? si enim ex Filio accipit, et ab eo habet esse Spiritus, ut Sanctus hic dicit, ergo non ex solo Patre, sed manifestum est quod et ex Filio, ergo injuriâ nos reprehenditis, o amici, et fratres. Sed hujus magni Patris frater Gregorius, inquam, Nyssenus, in 3tio libro adversus Eunomium, qui incipit. Non licuit, ut videtur in omnes beneficium conferre, hæc inquit: Quo pacto ante consideratur persona secundum causæ rationem, eo modo et Spiritus ordine tantum secundum causam, et causatum distinctionem habens; nam quemadmodum Filius conjungitur Patri, et quamvis ab eo esse habeat, non tamen secundum essentiam posterior est. ita et unigenito Spiritus conjungit intelligentia tantum, secundum principij rationem, consideratur

Gregorij Nyssen: 1.

Basilius ad Rom. 8.

Basilius 2.

Nyssen. 3.

ante

ante personam Spiritq. Vides, ut etiam Sanctq hic cum antedictis concordet, et ut distinctionem divinarum personarum constituere velens, causa tantum distinguit eas. Duo patet inquit considerabatur Pater ante Filium vãone causa, eoq etiam considerat Filiq ante Spiritum causa ratione; hoc idem e, acsi diceret, Filius ex solo Patre, ut solo considerato antea, quam Filiq, quem enim alium potest ante se consideratum habere? Spiritq autem S: ex Patre et Filio: quasi Pater videat et Filius ante eum considerentq. Itaq, vere concludit ex Patre et Filiq procedere Spiritum S: etiamsi vobis displiceat, Nam personam Patris ante Filij psonam considerari, idq causa ratione, psonam vero Filij ante psonam Spiritq S: ratione quaq causa, nihil aliud ostendit, qm qd solq Pater causa Filij est, Filiq autem id à Patre accipiens, sicut alia naturalia bona ejq, et ipse causa e Spiritq S: Itaq, Pat et Filiq ambo una causa sunt processionis Spiritq S: idiree Sanctq hic dicit, quemadm jungit Patri Filium secundum causa rãonem, solo intellectu psona ejq antea considerata; sic verum dicimus, cum dicimus Spiritum esse ex Filio. In actis vero tmæ Synodi Scriptum est, Spiritum S: ex Patre procedere, primum autem eum esse Filij, et ab eo scaturire. Audis ab eo inquit scaturire, tanqm à fonte, videlicet ex ejus psona primumq ejq esse. Quid significet consideremus fratres, neq de sterilq repugnare veling. Quodsi dixerit quis primum eum esse Filij propter consubstantialitatem, reputet qd etiam Filium diceret ipsiq Spiritq, secundum consubstantialitatem, sed id vel cogitatu tantum est absurdum. Doctores dicunt. Filium, neq ipsiq Spiritq est, neq dicitq Spiritq Filij maxime. At Cyrillq alexandrinorum Pontifex, in epistola ad nestorium, quæ incipit: Cum Salvator noster manifeste dicat: Qui amat Patrem, v. Matrem plq qm me inquit, Etsi Spiritq in hypostasi est propria, intelligit quoq pse, quateng Spiritus est non Filij, non tamen ab eo alieng est. Nam Spiritq veritatis nominat. et Christq est veritas, et ab eo pfluit, quemadm utriq à Deo et Patre, audis pfluit inquit, quemadm et à Patre, sed pfluit inquit dixit Sanctus, non procedit. Nos vero statim ejs respondeng. quod idem Magister explanat, quid pfluere denotet, secundum ejus sensum, in expositione divini Symboli, ubi dicit. Perfecte de Christo tractata, Beatissimi Patres de Spiritu S: mentionem faciunt, nam credere in eum dixerunt, quemadm sane in Patrem et Filium, quia consubstantialis ejs est, et profluit sane, idest procedit veluti à fonte ex Deo et Patre, exhibet vero creatura per Filium: insufflavit ergo in ipsos apostolos dicens. Accipite Spiritum S: ex Deo, et Deus Spiritq est, nec à qualicunq suprema substãa alieng, sed ex ea, et in ea, et propriq ejus. Hæc igit est Sanctorum Patrum recta, et minime errans fides, sive fidei confessio: Vides quid pfluere significet secundum S: Cyrillum, et quid est pfluere et procedere. Quo pacto vos omnino audetis dicere, aliud esse pfluit, aliud procedit, et calumniamini Sanctum hunc? et nos. Reconciliamini rogo fratres, reconciliamini. Idem divus Cyrillq in expositione in psalmum 50. Effundam de Spiritu meo in omnem carnem, hæc inquit Profecto Deq, et ex Deo secundum naturam Filij, genitq enim est ex Deo, et Patre.

Exactissima Synodi. 4.

Cyrilli S.

Joan: 20.

Cyrilli. l. 6. Thesaur. 2.

Propriq ipsiq

Proprius ipsius, et in ipso, et ab ipso Spiritus est, quemadmodum iam in ipsa Deo, et Patre intelligit. Animadverte hic dilecte, proprius inquit ejus, et ex eo Spiritus est quemadmodum et ex Patre. Idem intractatibus per interrogationem, et responsionem Epist. 7.
adversus Palladium, proxime à principio inquit. Mutabilis Spiritus non est, vel si majo-
re mutabilitatis ægrotaret, ipsi divinæ naturæ hic defectus adscriberet, siquidem
Dei est Patris, nec non et Filij est, qui essentialiter ex utroq, scilicet ex Patre per
Filium prodiit Spiritus. audisti et hic essentialiter, ex utroq, idest ex Patre p Filium
quod aliud potest intelligi, prorsum qd. ex Patre, et Filio procedit. at jactabundus dices,
non pone ex Patre et Filio, sed simpliciter ex Patre p Filium confitemur, ex Patre
vero, et Filio nequaquam, quia dictio per, causam non significat, hoc et in faciem Joan: 1.
quidam nobis dixerunt: o præsumptionem quo vos videre congruentia non
sinit! Nonne per verbum per, causam posuimus intelligere? ubi dicit S. Joan-
nes Evangelista. omnia per ipsum facta sunt. Quis negaverit unum, hic dicti-
onem per, esse causam, et per eam Filium, creaturæ causam intelligi. Quod
vero idem denotet dictio per, et ex, Basilius, et Chrisostomus, in expositione Basilij
geneseos sentiunt, ubi dicit. Adam possedi hominem per Deum, idem est, ac Genesis. 3.
si diceret, ex Dei, unde alter in tractatu per capita ad amplius Filium, ita ex-
planat, et dicit: Jam vero secundum promiscuam significationem, dictio per,
transit sæpenumero in dictionem, ex: quia altera alterius significationem
sibi vendicat, ut possedi hominem per Deum, æquè ac si diceret ex Deo. Alter
vero in. 53. in Mathæum homilia dicit; nam scriptura solet per quem, di- Chrisost.
cere ex quo, velut cum dicit, possedi hominem per Deum, non secundum
causam, sed primam magis apponendo, et iterum, nonne ex Deo declara-
tio eorum est? et Beatus Cyrillus in epistola ad Nestorium, quæ incipit: mu-
rant ut audio quidam inquit, necesse est confiteri, quod secundum carnem Cirylli.
ex muliere natus est, et post pauca, genitus est secundum nos ex muliere, sa-
pius q in eadem epistola reperies tum promiscue ubi prepositionibus his, ut indifferentibus
et idem significantibus, scilicet per, et ex. Paulus apostolus ad Galatas, ait. Misit De- ad Gall. 4.
us Filium suum factum ex muliere. Et rursus idem alibi; unus Deus, et Pater ad Ephes. 4.
inquit, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus per quem omnia, et unus Spiritus
in quo omnia. Nonne ergo in his possumus intelligere unam factorem, et opifi-
cem, et principium omnium, tres personas, ut quæ sunt unius Dei? unamq, prin-
cipium dicemus Patrem, et Filium et Spiritum S. per has prepositiones. ex,
per, et in? per ex, Patrem, ut principalem, per dictionem per, Filium, ut opifi-
cem, per in, Spiritum, ut perfectivam, maxime. neq, dictionem per, de Patre
dicimus, neq, ex, de Filio, ne principalem causam Patris tollamus, si Filio
deferimus, sed eam Patri reservamus; et quando ex Patre dixerimus, tunc rur-
sus sequitur per, quæ medium significat: quippe cum, per, jungat dictioni, ex.
et quoq, cum dicimus ex Patre, intelligimus tunc, per medium Filij, ja natum procedere
Spiritum. Quod autem dictio per causam significet, eamq quæ ex, et quod inter se po-
testatis æqlis sint, hinc manifestum est.

Sectio III.

Sectio. III.

Theodorit⁹ Cyr' epiſcop⁹, ad S: 3tiam Synodum, dum ea prima veniſſet cum Ioanne antiochia Patriarcha, qui ſex et 20. Epiſcopos ſecum adduxerat, videns jam Synodum paratam eſſe, Neſtorium⁹ damnatum, Cyrillum⁹ prevaluiſſe, perturbatus eſt, et in. 12. capitib⁹, quæ adverſ⁹ Neſtorium antea ediderat, Cyrillum reprehendit. Is igit̃ cum Neſtorij diſcipulus eſſet, adverſus magnum Cyrillum impetum fecit, ut ſuo Magiſtro opitularet; et in nono capite, ubi Cyrill⁹ dicit Cum Filius p̃prium ex ſe ipſo et in ſe ipſo eſſentialiter inſitum habeat Spiritum S: vaticinabat. Theodoritus reſpondet. Si ut ejꝰ Natura Cyrill⁹ dixit et ex Patre p̃cedere, jam confitebimur, et tanquam pia Ejus verba recipiemus, Si vero tanq̃m ex Filio ꝙ p Filium eſſentiam habere, ut blaſphemiam, et rem impiam eam rejicieṁ. Audis quo pacto Theodoritus dictionem, ex, et per, reformidavit in Spirit⁹ S: proceſſione? Idcirco cum horrore dicit, Si vero ex Filio ꝙ p Filium: et pure ibi timuit, ubi timendi vatẽ non erat, ut vos ſaltẽ. nam cum is omnino negaret Spiritum ā Filio p̃cedere, quemadm̃ et vos, neq; ex Filio, neq; per Filium recipit, vos vero per filium etiam inviti confitemini, ex Filio neq; audire ſuſtinetis, idem enim ſecundum Theodoritum ſignificat, quod vero per Filium confitemini; Damaſcenus in 8vo, et. 30mo Theologiæ ſuæ capite, ex Patre per filium aperte clamat, et vos magna voce canitis, Spiritus bonitatem communicans ex Patre per Te p̃cedens; et in Cantico Dñi Zephanis; in Pentecoſten vobis dicta; Te flumen Deitatis, ex Patre per Filium p̃cedens, id tamen quanq̃m pſallitis, abnegatis. At nos cum audimus Sanctos ea verba ſæpè dicentes, interdum quidem ex Patre et Filio ſine articulo, interdum vero ex Patre et Filio cum articulo, et ex Patre per filium. et ex Patre. et ex filio, et eſſentialiter ex amborum. et ex utroq; procedit, intelligimus dictionem per, eſſe cauſam quam Theodoritus cum metu. et horrore vitat. Reſipiſcite et vos, oro; ut videãtis. At quia Theodoritus damnatꝰ fuit, cum S̃ni Spiritꝰ proceſſionem, etiam ex filio p̃cedere non reciperet, imo libri Ejꝰ excommunicati ſunt, quos adverſus S: Cyrillum ſcripſit, audi. 13um caput ex actis Sꝰ Oecumenica quinta Synodi. Si quis impia Theodoriti ſcripta capeſſerit, adverſus rectam Cyrilli fidem, et ejꝰ duodecem capita, idem cum Theodoro, et Neſtorio ſententia, ea et eorum impietatem defendendo, nec anathematizaverit ante dicta ſcripta, et eos qui ſimilia his ſenſerunt, vel ſentiunt. et omnes qui adverſus rectam S: Cyrilli fidem conſcripſerunt. et. 12. Ejꝰ Capita, et in ea impietate obierunt, anathema ſit. Similiter Sancta. 6ta Synodꝰ Capite. 9. inquit. Si quis Theodoriti ſcripta, adverſ⁹ rectam S: Cyrilli fidem non anathematizaverit. et epiſtolam, quæ Ibæ dicit, et Theodorum Mopsveſtia et ſcripta ejꝰ: et ſi quis S: Cyrilli ſcripta non receperit, taꝰ maxime, quæ adverſ⁹ Theodorum, Theodoritum, andream, et neſtorium, et eos qui ſimilia ejſdem. vel alicui eorum ſenſerunt, vel ſentiunt, conſcripta ſunt, anathema ſit.

Theodorit⁹ Cyr.

Theodorit⁹ contra Cyrill:

Zephanis

Ex. 5. Synodo

ex 6ta Synodo A. et J.

Similia 6ta

similia 4ta Oecumenica et 7ma Synodus continent. Quod autem dicitur per, cum de Filio dicitur medium demonstret pcessionis S. Spiritg ex Patre, audi admirabilem Gregorium Nyssenum in Sermone ad ablatum, cujus initium. Vos qui in fide vegeti estis, & quum ostomnia consentire. Identitatem naturæ tatentes distinctionem quæ est secundum causam et causatum, non negamus: in qua tantum alterum ab altero discernimus, et qui percipimus, quia hunc causam esse credimus; alter vero cum ex causa, et eo quod est ex causa sit, aliam rursus differentiam intelligimus: hic enim immediate ex primo, alter vero per eum, qui immediate ex primo est. Itaq; unigeniti ratio indubie in Filio manet, et quod Spiritus sit ex Patre, non dubium e id p medium Filij esse, quod eiq; ipsi et unigeniti rationem reservat, et Spiritum ab ea quæ naturalis est ad Patrem relatione non pellit. Hoc loco Sanctus hic de conjuncta discretaq; Theologia sermonem habens, ad ipsam distinctionem divinarum personarum, distinguitq; eas causa, ac inquit: Essentia et naturæ identitatem confitentes, idest ejq; unionem, s: quippe cum unum sint Tres psonæ naturæ, et Deitate nec aliquid sit prius, vel posterius; s: differentiam non negamq, qua inter se differunt, nam secundum causam differunt et causatum, et alter distinguit ab altero: creandoq; inquit, hunc esse causam, illum autem causatum, idest Patrem causam, Filium vero et Spiritum a causa. Nec hic consistit, sed statim subjungit, et cum causato inquit, sit ex causa, idest cum Filius, et Spiritq ex causa sint Patre, aliam videlicet rursus intelligimus differentiam, alterum enim sive Filium prime, et immediate ex primo, idest ex Patre, Spiritum vero prime p Filium, mediate autem ex primo Patre videlicet. Num hic dictionem per, medium denotare intellexisti? et divinam distinctionem psonar, quam sancte hic facit? et quod nos recte disputamus. et quod unigeniti ratio, optime servat in Filio, nec medium hoc Filij, naturalem Spiritg ad Patrem tollit relationem; Reconciliamini ergo rogo domini. et fratres, mei. Sed s: Joannes Damasco accedat, utcaq; mecum testificet de positione, perquodq; ex Patre per Filium Spiritg s: pcedit. Hic enim capite Theologicarum 13tio. cujg principium: Divinitas cum sit incomprehensibilis, omnino ex primi nomine non potest, sic agit. Ipse quidem mens est, Pater videlicet. Filij ab ipso, Filij genitor, et p Filium manifestativi Spiritg p ductor. ac paulo post. Spiritus vero s: manifestatrix occultæ divinitatis, potentia Patris, ex Patre p Filium pcedit. ut ipse scit quod vera dictio, per, causam significet, jam dictum e, nec repetere oportet. Præterea s: Cyrillg in 2do ad Hermeam inquit: s: Spiritum addes, qui ex Patre p Filium naturaliter pfluit. Idem in 2do Thesaurorum, in sermone cujg tituli. Quod ex essentia Patris et Filij Spiritg s: e sit manet. Quod igit Spiritg s: qui in nobis est, nos esse Dei conformes ostendit, pcedit autem ex Patre, et Filio, apertum est divina essentia esse. essentialiter in ea, et ex ea pcedentem. Prosiliant ex Schismaticis quidam calumniatores, ac effuse ridendo dicunt ad nos, Quid rursus o Catholici ad hoc nobis respondebitis? vel quam reddetis rationem Scripturam cavillando? cum Evangelista aperte, et clare dicat. quod Spiritum comprexit mysterio? pervitg s: Joannes: s: quasi.

Gregorij Nyssenj

Damascenj l. 9.

Cyrilli. l. 2. 11.

Columbam

columbam in Christum descendentem. Ergo quod non habuit, accipiebat, quo pacto Spiritq Sc à Filio p̃cedere existimabit, cum ipse in Jordane consisteret & Spiritq in eum celitq descenderet? vocq Paterna supnè testaretq, Hic est Filiq meus
math. 6. dilectq, in quo mihi complacui. Ad hos quì divina Ecclesia dogmata subvertunt, et scripturas rectitudinem pervertunt, respondendum existimo. Ebrietatem discutite prava suasionis, et malitia, faxientes hominem circumscriptum eum qui est indefinitq, et incircumscriptq, ut splendidum veritatis lumen circumspicere valeatis, et nobiscum ad Dñm clamare. Vere Filiq Dei es, et omnia quæcunq habet Pater Tuus, ut Deus, et Tu habes. Tuaq divinâ potentiâ, cuncta complectens, ac Tua matris intercessione placidum Spiritum nobis reddis, qui bonitatem communicat, et ex Patre per te p̃cedit. Et rursq. Cum sis incircumscriptq mi Jesu, et Domine, quanqm in Jordane consistis, Paternum tamen Throniũ non reliquisti. Nunqm mihi hæc hæresis in mentem veniat, ut dicam eum quæ non habebat accipere. Nam quæcunq Pater habet, habet et Filius, et nihil inest Patri, quin insit Filio, excepta Paternitate. Si enim quod n habet ipse accipiebat,
Chrisverba dicta in alio modo intelligenda. vera arq; pudibs et dicendo. Erat aliquando, quando non erat: at id cogitatu tantum est impium: qui vult igitur recte sentire, talia non credat, sed ut S: athanasius magnus in divinis, qui in sermone de incarnata dispensatione, qui incipit. Qui divinas Scripturas volunt intelligere, sic scribit. Ne credat quis, quod is, quod non habebat, accipiebat, is enim superne demittebat, ut Deus, et inferne ipse eum suscipiebat ut homo, ex eo igit in eum descendebatq ex ejus deitate, in ipsiq humanitatem. audis, ipse superne mittebat ut Deus, et ipse ipsum inferne sapiebat ut homo: et veluti Deus mittebat, veluti homo recipiebat. Nam totus erat in Terra, nullo modo à Cœlo aberat: quippe cum in eo omnis deitatis plenitudo corporaliter resideret. Cum ergo carne esset circumscriptq, in Jordane despiciebat, sed deitate cum esset incircumscriptq, Paternum sinum non relinquebat, unde ex eo in eum descendebat, ideò nihil p̃dest quod à vobis allatum est, imo p nobis videt facere, vobisq magnum importat detrimentum.

Sectio. IIII.

Unde igit omnino nobis ostendere possitis, non esse ex Filio Spiritum, ego nequm
Chrisostomi. 13. videoi Magnus Joannes Chrisostomus. in homilia, quam in Incarnationem Dñi fecit, sic inquit. Venit Christus ad nos, dedit nobis descendentem ex eo Spiritum, et corpus nostrum suscepit. Verbum ex eo, quid significat aliud, qm quod qui ex eo p̃cedit, Spiritum nobis tradidit? quemadm et dilectus discipulq dicit, quod ex Spiritu eq dedit nobis, et de plenitudine ejus, nos omnes accepimq. Cyrillq magnq, in
Cyrilli. 14. interpretatione evangelij, secundum Joannem, sup hæc verba. Et ego rogabo Patrem et alium Paracletum dabit vobis, sic dicit. Cum Filiq naturalium bonoꝝ dei à Patre essentialiter sit consors, eodem modo habet et Spiritum, quo Pater intelligit non adventitium, neq extra. Stultum enim est, imo dementiæ plenum, ita sentire, sed quemadm nostrum unusquisq pprie in semet ipso continet Spiritum et ex visceribq intimis extra p̃fundit. Salvator enim cum corporaliter insufflavit Christq, ostendens, quod uti ex hominis ore spiritus corporaliter p̃cedit, ita

ex divina

ex divina essentia, ut deo convenit. Sfluit quod ex ea pcedit. Hoc loco, si quis vult cum aquitate videre, et discere, intelligere licet, statimq; a Schismatis pravitate cum aquitate videre, et discere, intelligere licet, statimq; a Schismatis pravitate defugere, et Synodo subjici. Cum sit enim inquit, naturalium bonor Dei et Patris consors Filius, non adventitie, neq; extra, neq; impprie habet etiam Spiritum, sed essentialiter eoq; modo quo intelligit et Pater. Si igitur naturale bonum Patris est, Spiritum S: emittere, communicat vero Filiq naturaliter Patri bonus, non impprie, sed naturaliter, et essentialiter secundum magnum Cyrillum, nec potestis negare, ergo id habet etiam Filius, videlicet Spiritum S: emittere, non participatione, sed essentialiter, eo modo, quo Pater ipsum essentialiter emittit. attendite huic, inquam attendite, Simeon Metaphrastes, in S: Dionysij areopagita vita Sermone, Sd Obvis hac scribit. Quæ corporalis presentia quidem sunt, finem accipiunt, quæ vero Spiritq, incipiunt, et in celum Christus meus effert, ac in Patriam revertit. Sedem et pcedentem ab eo Spiritum discipulis suis mittit, ad infideliū gentiū conversionem. Simeonis Metaphra: 28.

Sectio. Vta.

Audis et pcedentem ejus Spiritum, dicit, idest qui ex eo pcedit: At non ponit procive dicunt hostes veritatis, pcedentem ex Filio, sed si alicubi reperit, ex Patre procedere intelligit, ex Filio vero nequaqm, datum autem et missum p Filium, quippe cum mitti non denotet pcedere, ac de cetero, quando audierimus Spiritum S: ex Patre mitti, non intelligamus ex Patre pcedere. Paracletq inquit Christq, quem mittet Pater in nomine meo, nonne concedemq eum ex Patre pcedere? maxime. Sed quia dictis, in divina Scriptura n reperiri et ex Filio eum pcedere, volumq nunc expresse ostendere. Magnq Anastasiq Antiochiæ Patriarcha, qui et à Sancto Monte Sinai appellat, is est anastig. 16. de quo Sd Synodq 6ta. Scribit. Recipimq S: anastasium et Theodorus Melite: respondit, Sanctum vocat totq Oriens hunc Sd Memoria Anastasium, qui fuit Episcopq Antiochia, et qui eum non recipit, Deq anathematizabit, et omnes una voce dixerunt, Amen. Hic igit Sd, in oratione, qua inscribit de rectis dogmatibq veritatis ad nos ptinentibq quæ incipit, de sana nostra fide sic agit. A corpore quasi exemplari pprietate accepta, divinorum connexionem ostendimus, per membrorū pportionem, ac similitudinem, sic et Spiritus oris ejus, idest Dei Spiritq S: dicit, cum os sit unigenitq, et Spiritq rursq ex eo pcedens, nec solum a Patre, sed etiam a Filio missq: et paulo post. Atqui Dominq à semet esse ostendens, discipulis insufflans dicebat, accipite Spiritum Sanctum. Audisti quod non solum a Patre dicit, sed etiam à Filio. Ubi sunt qui dicunt ex solo Patre, nec procive apponi pcedentem ex Filio. Non verent tot, et tantos Patres repbare, cum Sancta, et magna luminaria sint, et aperte dicant, etiam ex filio in multis dictionibq et Syllabis? Quo pacto n erubescunt, imo clare contradicunt, tanto examine Doctorum Sti? Sed quid ajunt novi interpretes? Spiritum dicit ex Patre pcedentem, et missum, non solum à Patre, verum etiam à Filio: distinguuntq dicendo, aliud esse pcedere, aliud mitti, ac pcedere t: Patri assignant, mitti *: Filio. Libenter eos interrogarem, cum audimus a Patre mitti, Spiritum S: quid id significet? an aliquid aliud nobis ostendit quam pcedere. minime vero. Mittit, divinissimq Paulus inquit, Deus et Pater Spiritum Filij sui in corda nostra, clamantem abba pater, nonne hic intelligimq ipsiq Spiritq essentiam? nequaqm dicunt, non percipientes unam esse Spiritq pcessionem. quæ diversis dictionibq tradit, eumq servantibq sensum, quemadm et in generame

t: idest à Patre Spiritum pcedere. *: idest à filio Spiritum mitti ad Pala: t.

generatione Filij evenit, quando audimus, Misit Deus Filium suum factum ex
Galat. 4. muliere, ad Galatas hoc inquit Beatus Paulus. et ipse Salvator agit. Ego à Patre exiui,
Joan. 16. et veni. et alibi. Pater enim misit Filium salvatorem mundi. et rursus: Evangelizare
Joan. 4. pauperibus misit me. et iterum. Hunc enim Pater signavit Deus. et Joannes: Et verbum
Luca. 4. caro factum e. et habitavit in nobis. Quæ omnia generationem Filij ex Patre demonstrant.
Jan. 6. Joan. 1. idq; vere, et fideliter intelligimus, veluti quando dicit. Neq; enim Pater judicat quemquam
sed omne Judicium dedit Filio. Et sicut Pater habet vitam in se ipso, sic dedit et Filio vi-
tam habere in semetipso. non enim prius generavit, et postea tradidit ei vitam, et ju-
dicium; sed vitam genuit ipsum, et judicem genuit ipsum. Sic et de Spiritu S: quando
Spiritum Patris audimus, spiritum ex Patre intelligimus. et Spiritum Filij, Spiritum ex
Filio percipimus. at quando audimus Spiritus profluit, scaturit, emanat, immittit, prodit,
traditum, missum, emissum, Subministratum, effusum, procedentem, profusum, hæc
omnia nomina, et quæcunq; alia, similis sunt derivationis, Spiritus professionem in-
telligimus. Ita hanc hic Doctor intelligens, indifferenter in Patre usurpat, et Filio,
et Spiritum dicit procedentem, et missum, non solum à Patre, sed etiam à Filio. anim-
advertite rogo, Dnum, animadvertite! accedat igit veritatis meo, et confessor
magnus, et celebris athanasius, ut meum eas confirmet: hic enim in confessione sua
fidei. cujus principium. Quicunq; vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat ca-
tholicam fidem, sic inquit: Spiritus S: à Patre, et Filio, non factus, nec creatus, nec ge-
nitus, sed procedens: Doctor hic etiam dicit, a Patre, et Filio Spiritum S: esse non factum
non creatum, non genitum sed procedentem. Cum in hunc locum pervenerim,
subijt mihi vehementer flere, et in vocem prumpere cum lacrimis, et ejulatu, et
eos deplorare, qui sponte sua adversus lucem, oculos occludunt, et veritati repugnant.
nec solum veritati contradicunt, verum etiam sanctos Ecclesiæ Doctores aspernant;
neq; aspernantur solum, sed etiam injuriis afficiunt: quamnam defensionem, vel com-
miserationem, invenient, qui hæc faciunt? O Tuam patientiam Christe Jesu! quo-
Stva divina athanasium blasphemia modo blasphemantium ora non comburunt? Athanasium dicere verentur ebrium fu-
isse, et vino oppletum quando hæc scripsit. vere plenus erat Spiritualis poculi,
sapientiæ, et gratiæ, ex fonte Spiritus S: scaturientis, non ut hi miserabiles
dicunt: Spiritus sit illis Dns ac nobis, tollatur ab eis hæc impudentia, nostrisque
contingat sub Anastasij pedibus consistere. Esto. Accedat magnus Epiphanius
Epiphanij. 8. Cypri archiepus, ut una mecum huic sententiæ patrocinetur: hic enim in sermone
qui vocat Ancoratus, sic explicat. Uterus in homine justo habitat Christus, et Spiritus Ejus.
Si Christus ex Patre credit Deus ex deo, et Spiritus ex Christo, vel ab utroq;, ut Christus dicit,
qui à Patre procedit, et hic de meo accipiet. At dicet quis: ergo duos dicimus Filios esse,
et quomodo unigenitus? sane quidem, tu quis es, qui Deo contradicis? nam vocat
ex eo Filium, Spiritum vero Sanctum ex utroque: quæ fide tantum à sanctis
credita, lucide, et à luce data, lucidam vim habeat: et rursus in eos: Spiritus S: est
Spiritus veritatis, Lumen Tertium à Patre, et Filio est. Num intellexisti illud ab utroq;
Spiritus veritatis est à Patre et Filio, quid demonstrat? animadverte diligenter,
et intellige, nam nihil fortuitum, et eorum quæ sunt in continuo fluxu circa hoc ver-
Ejus. 19. santur, sed anima. Ejus Epiphanij, in eos tractatu, et libro. Quemodo nemo novit Patrem
nisi Filius

nisi Filiu, neq; Filium nisi Pater, sic audeo dicere, quod neq; Spiritum, nisi Pater et Filius, ex quo procedit. et à quo accipit, neq; Filium, et Patrem, nisi Spiritus S: qui vere glorificat, qui docet omnia, qui ex Patre, et Filio est, et à quo procedit, et à quo accipit; cum autem dicit, quod est a Patre et Filio, nondum intelligitis veritatem est, quod est Substantivum, et esse significat, illiq de quo dicit quod est. Idem Epyphaniq, in eodem loco sic agit. Ergo Pater semper fuit. et Filius semp fuit. et Spiritus ex Patre, et Filio. et Spiritus qui in etiam Spiritu S: non contratres, sed ex Patre subsistens Patris, et Filij, nam ipse unigenitu dicit: Spiritu Patris, et qui ex Patre procedit, et de meo accipiet, ne diversum à Patre putaret, neq; à Filio. audis, ne externum et diversum inquit à Patre putaret, neq; à Filio: iduirco ex Patre et Filio procedere dicit. Et Sanctissimq maximq, ubi interpretatq, quid designat apud prophetam Zachariam, aureum candelabrum, et lampas ejq, et lucerna, ita scribit. Spiritu S: quemadmodum natura secum essentiam est, sic ex Patre per Filium essentialiter genitum, ineffabiliter procedit. audis. et hic ex Patre per Filium, dicit essentialiter. et ineffabiliter procedit, hoc idem est acsi diceret essentialiter ex Patre et Filio procedere: quippe cum dictio per, id significat quod ex, ut ostendimq. Idem in Epistola ad Manium Cypri presbyterum cujus principium: Divina lege secundum Deum locupletatus pater venerande, humanam legem neglexisti, hac inquit: Synodalium alterum Sanctu Papa nostri, non in tot quot scripsistis capitibq, regiæ urbis homines comprehenderunt, sed duobq tantum, quorum alterum est de Theologia, quia dicit etiam ex Filio Spiritum S: procedere, alterum de divina incarnatione, ubi scripsit dominum sine originale peccato esse ut hominem: et in hoc Romanor Patrum expositiones, consentire demonstravunt: quin etiam et Cyrillum alexandriæ Epum ex ejq 5o tractatu Composito in S: Joanne Evangelistam ex quibq se non principium Filium facere Spiritus ostenderent, nam unum tantu Filij, et Spiritu principium noverunt: hujq secundum generationem, illiq decundum processionem per eum declararent, et hac ratione Sanctionem, et identitatem essentiæ comprobarent. audis ex Filio etiam procedere Spiritum S: et inter se consentire Patrum auctoritates. et ut beatus Cyrillq idem dicit, et confirmat in sacro in Evangelistam Joannem tractatu. Quod vero dicit, eos non facere filium principium, minime quod non sit ex eo, sed esse magis ostendit. non facere principium videlicet principale dicit, secundum illam impiam heresim, qua asserit Filium ex solo Patre, Spiritum ex solo Filio: ita q Filius principalis causa Spiritus intelligeret. Iduirco ij divini Patres ex Patre, vel Filio dicere vitaverunt, i dest neq; ex Patre solo, neq; ex Filio solo, sed ex Patre p Filium. Idee p eum, et ex eo, repertum est et p dare, et p fluere. ex procedere: et in hoc Sanctu. ut alibi ostensum e, Divinus Tharasius Constantinopolis Patriarcha, in epistola ad orientis pontifices, qua incipit. Multis et ingentibq pridentijs, sic agit. et in Spiritum S: qui ex Patre per Filium procedit, et cum deum esse cognoscimq. audis ex Patre inquit p Filium procedere. Quod vero dictio p, causam significet, antea dictum est. Et rursus S: anastasius, in epistola ad seraphionem, qua incipit. Si rem tua dispositionis, sic scribit. Cum unus sit Filij qui vivens verbum est, unam esse oportet pfectam et plenam Sanctificantem vitam quæ sit operatrobijus, ac munus, quæ ex Patre dicit p procedere: quoniam ex verbo, quod ex Patre sine dubio p dicat, elucet, micat et

Ejq & Epiphanij. 20. i. idest juxta modum Spiritui venientem procedit.

aliter legit hunc locum. D: Thomas S. in Conc: Flor: 170.

Ex Synodalibus actis.

Tarasij. 23.

traditur

traditur, Filio vero Spiritum mittit. Audis operationem ee, et nunc Filij, Spiritu Sanctum, Patrem, mittere Filium, et Filium Spiritum. alius accedat Testis, non minor ille. Cyrillus magnus ex Aegyptiaca Diœcesi, cum Synodo una secum congregata sic ait. Profluit ex Patre Spiritus ex natura secundum suam processionem ergo et ex ipso homine et Deo Christo ex natura secundum suam processionem profluit: non enim secundum mensuram Spiritum filio tradit, sed ipse à se ipso mittit cum, quemadmodum sane et Pater. Eadem ad Hermiam scribit Doctor hic.

Cyrill. 25.

Sectio VI.

Quod autem Filij principium essentiæ Spiritus sit, quod per oppositionem, per ostendit longo antea sermone aperte expavimus, et nunc expressius per magnum patrem nostrum Nyssenum Gregorium ostendemus: Hic enim in primo adversus Eunomium

Greg: Nyss: seni. 26.

clare de divina unione, et distinctione divinarum personarum sermonem habens, inquit. Cum Spiritus Patri secundum quod utero increatus est conjunctus sit rursus ab eo quia Pater ut ille non est distinguitur, ab eo vero quæ ad Filium est connexione secundum quod utero increatus est, et quod utero ex primo principio suam subsistentiam habet, rursus proprietate sua distinguitur, quæ est, quod nec ut unigenitus ex Patre productus est, et quod per ipsum Filium manifestatus. rursus cum creatura per unigenitum sit producta, ne existimet aliquid commune esse Spiritui. et creaturæ, quia per Filium est manifestatus: Spiritus a creatura distinguit immutabilitate, et immobilitate, et quia non indiget alterius bonitate. Hoc loco magnus hic Pater, et doctor de distinctione, et divina unione sermonem habens, Spiritum ob oculos ponit, Patri, et Filio cum comparando, invenit quamnam inter se communia et unientia, et quæ propria et distinguentia sint. Cum igitur inquit Patri juxta id quod increatum est sit conjunctus, ab eo rursus distinguitur, ne Pater sicut ille est, existimet, cum filio vero commune habet, quod increatus est: una est enim trium essentia, et propterea utero communiter Deum principium habent, rursus tamen ab eo his duobus distinguit, quia non ut Filius per generationem, sed per processionem, videlicet ex Patre sit, idest per diversum modum substantiam, et quia per ipsum Filium manifestatus sit. Sed quia creatura habet esse per Filium, nam omnia per eum facta sunt, ut ait Evangelista Joannes, et Spiritus per Filium manifestatus est. secundum omnium doctorum chorum, ne aliquid commune esse existimaret Spiritui, et creaturæ, eo quod hic per Filium creatus sit, alter vero manifestet: cum quid esset ipsi, et illi commune, jam assignasset, metuens, ne quis hac communitate identitatem essentiæ arbitraretur, immutabilitate, et mutabilitate, immobilitate, et suo contrario, ea inter se distinguit, quod hic per Filium subsistat, alter vero per Filium manifestet, commune, et idem existimans: distinctionis vero modum invenit, eo quod hic mutabilis, et mobilis est, alter vero immutabilis, et immobilis: alqui si hoc quod est per Filium manifestari Spiritum, non offenderet Filium principium esse, quemadmodum offendit per hoc quod est per Filium creaturam subsistere, / : idem enim declarat eum esse principium; / faulis utique Spiritus et creaturæ distinctio fuisset: nam posse mus dicere, quod etsi ambo sint per Filium, tamen creatura tantum causatum est ex eo.

alter vero

alter vero tangm ñ causatum, sed nunc id non dixit, nam quòd verum esse ne-
sciebat, non erat ejg officij dicere: sed aliam distinctionem invenit, qm veram
et solam arbitratg est esse. Igit̃ ꝓpositio per, cum dicit̃ qd Spiritg ꝑ Filium ma-
nifestatur, hoc idem valet, quod cum dicit̃ creaturam ꝑ Filium subsistere, ac
quia Creatura causa dicit̃, et credit̃ esse Filig, et hoc significat ꝓpositio, ꝑ, ergo
dictio, per, de Spiritu, etiam causam esse Filium denotat. At quis poterit unq̃
servata serie hæc subtiliter ꝑ partes exponere? cum ea in infinitum extendant̃.
sed magnus, et celebris athanasig rursg accedat ad testificandũ. Filium Spiritg athana
S: pcessionis causam esse: hic enim in tractatu dno adversg arianos, qui incipit. 29. 27.
Quacunq; hæresis contra veritatem excogitasse insaniam adversum se aper-
te conspicitur hæc ait. Hæc cum judæis Christg ut homo loquebat, sed dis-
cipulis suis divinitatem, et majestatem suam ostendens, non minorem se Spi-
ritu, sed majorem, et æqualem esse ostendendo. tradebat quidem Spiritum, et
dicebat, Ego eum mittam, et ille me clarificabit, et quæcunque audient loquet̃
Audisti rursg magnum patrem hunc, non minorem se Spiritum dicit, sed ma-
jorem, et æqualem. Æqualem secundum consubstantialitatem, majorem ñ
magnitudine aliqua, neq; tempore, absit. nihil enim prig et posterius in
divina est Trinitate: sed quia ex eo habet esse, quem enim sane ex Deo, et Patre.
Ubi sunt qui dicunt, qd ex solo Patre Spiritg est, nec pcedit ex Filio? ñ erubescunt
Sanctis contradicere, et tam patientiam Christe rex! partim ꝑ sanctis ha-
bent hos, festum celebrant, adorant, et imagines eor̃ fingunt, et exornant
eas auro, partim abnegantib̃ quod dicant ex Filio esse Spiritum, et impu-
denter in eos contumeliosi sunt. Nunc horum libros adulterando, nunc panig com-
burendo ne appareant; hos autem temulentos dicunt, illos vero ñ ee Sanctos, quia ex
Filio Spiritum confitent. Postea non verent homines hi nos criminari, qui Sanctis, et Ec-
clesiæ Doctoribg subjicimur, et scripta eor̃ servamg. Quin etiam nobis adversant̃, quia
Sæ æcumenicæ Synodo subjicimur, ejgg decretum veluti aureum monile, penitg pe-
ctori affigimg: ꝓtecto Pharisæor̃ similes sunt, quos increpat Christg Dng noster dicens. matth: 24.
Væ vobis Scribæ, et Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cælor̃ ante homines
vos enim non intratis, nec volentes intrare sinitis, ꝓpter hoc amplig accipietis ju-
dicium: sic et hi faciunt, hi namq; ob ꝓsumptionem oculos obversos obtinentes Eccle-
sia non subjiciunt, et in nos quod subjicimur, contumelias effundunt; Resipiscite ꝑ De-
um fratres, et videre quod Sanctos vobis ostendimus, id confirmantes. Item idem A-
thanasig in Epistola ad Serapionem, sic scribit. Sane cum Pater Spiritum mittat, ipsig athan: 28.
insufflans eum tradit discipulis, nam cuncta quæ Pater habet Filij sunt. Consentanea
scribit his maxime Cyrillg in enarratione noni anathematismi. ubi ait. Homo factus Cyrill. 9.
Dei verbum, sic etiam mansit Deg, omnia habens quæ Pater, excepto tantum eo, quod ñ est
Pater, ꝓpriumq; habens ex se ipso Filig, et essentialiter insitum in se Spiritum S: vati-
cinabat. audis illud ex eor̃ aliquo ne igit̃ denotat, nisi ex eo ꝓcedentem? et cuncta habente
quæcunq; Pater habet. Percipite homines Dei ꝓcipite. S: Hilarig in sermone qui ꝓt Pente-
costen Legit̃ in festo Sæ Trinitatis, sic ait. Credimg in S: Trinitatem, idest Patrem, Filium, et
Spiritum S:

Hilarij int impios n habet hic sermo Frege hic author ung ex .CCC. patribg in hica no.

Spiritum S: unum Deum omnipotentem, unig essentia, uniu substãa, unig potestatis, omnium Creaturaꝝ opificem, ex quo omnia, ꝑ quem omnia, in quo omnia. Patrem à se non ab alio, Filium ex Patre genitum, Deum verum de Deo vero, lumen verum de lumine vero, n tamen duo lumina, sed unum lumen. Spiritum S: aqualiter à Patre et Filio procedentem. Jam ut ego arbitror, hac auctoritas solvit omnem dubitaõnem, cum sancto hic dicat Spiritum S: aqualit à Patre et Filio ꝓcedere, nullam reliquit causam ijs qui quærunt occasiones. audite igit vos, et intelligite qui salutem vestram cæteris omnibg anteponitis; quid denotare vult Spiritum S: aqualit à Patre et Filio ꝓcedentem? animũ adverte Christiane! neg, ita maligne sponte tua verba contumeliosa ꝓficias. adversus imperitos, nam imperiti non solum discere aspernant, verum etiam discendi cupidos, maledictis insectant: hoc turpissima et nefaria verba dicere ꝓhermitto, decorum undig, meæ verbor servando, apt gentis dignitatem. Præterea magnus athanasius, in epistola ad Serapionem inquit. Talem ordinem et naturam habet Spiritg erga Filium, qualem habet Filig erga Patrem, sed alium ordinem et naturam Filij erga Patrem non videmg, nisi esse ex eo, et habere eum ꝓ principio: talem ergo sancto hic vult Spiritum erga Filium ordinem habere, quappter hac ratione Spiritum dici oportet, et intelligi esse ex Filio. Huic consentanea, divinq Basilig, capite. 17. ad amphilochium sic dicit. ut ergo se habet Filig ad Patrem, sic Spiritg ad Filium, secunq oraonis series in Baptismate traditam, si vero Spiritg Filio coordinatq Filig autem Patri, et Spiritg Patri videlicet Cyrillg magnum Alexandriæ lumen, in Ste adversg Hermeam, sic ait. In hoc cognoscimg quod in vobis est ex Spiritu quem dedit vobis, inhabitantem enim et immorantem sibi unggusq, comparaverit eum, qui naturaliter et vere est Deg, non alienum aliquid, et divulsum essentialiter ab eo Spiritum accipiendo: sed ex eo, et in eo et ꝓprium ejg. in Imo vero sic ad eunq Hermeam sic ait. Nam à peccato liberans eum qui ipsi incumbebat, suo postea pungit Spiritu, quem ipse ut verbum ex Deo Patre infundit, et ex ꝓpria nobis scaturit natura: sanctam communem vero rem dispensatione, quo cum carne est ꝓpter unionem constituens. et ut homo corporaliter inspirat, insufflavit enim apostolis dicens, accipite Spiritum S: nec ad mensuram dat Deg Spiritum secunq Joannis verba, sed ipse ex se quemadm sane et Pater infundit. Quodna candidig, vel sincerig argumentum hoc reperiet unqm apud eos, qui contendere nolunt, nec schisma complecti? quo maximg hic pater sic agit in hte. Ex eo, in eo, et ꝓprium ejg in Imo vero. non ad mensuram dat Spiritum, secunq Joannis verba, sed ipse ex se infundit eum sane quemadm et Pater. Si igit quemadm Pater ꝓducit Spiritum Filig, quid amplig ambigitis vos? nam si qua sancto dicit infundit, n ꝓducit, v ꝓdit v emittit, sed infundit, id ipsum vult fratres, acsi diceret, ꝓdit. quippe cum hoc ipsum verbum ponat in Patre, dicit enim infundit eum quemadm Pater, itaq, et Pater infundit Spiritum Si igit infundit eum Pater, hoc autem nihil aliud intelligere nos oportet, qm qd Pater eum ꝓducit, infundit autem eum et Filig, quemadm Pater, emittit ergo Filig quemadm utiq, et Pater: Nam cum simplicit audimg, Spiritg Patris, nihil aliud intelligimg, nisi ex Patre eum ꝓcedere, sequit ergo etiam cum, de Filio id audiemg Spiritum Filij, et ex Filio ꝓcedentem necessario nos intelligere, eoq, modo vera dicimus, et sanctis consentimg dicendo ex Patre et Filio Spiritũ S: ꝓcedere. et id quiq dilucide ostensũe, radiosq, ad instar Solis emittit hac expositio, adverqm cũ respicere n possint, qui noctua oculos habent, sursum deorsum offendunt.

athana: 30.

Basilij. 31. ad amphilochium

Cyrilli. 32

Ejg. 33.

Joann. 3.

Sectio VII.

Sed mihi æquum esse videt, cum postremo quæ pollicitus sum. 33bq Testimonijs orientalium SS patris, ad comprobandq ex Filio etiam esse Spiritum S: ut Sanctor occidentalium mentionem faciamq, et trina utrorumq testimonia ex singulis afferamq, ad comprobandum occidentales, et orientales doctores ocordare, nec esse in ijs ullam ambiguitatem, primusq; int Sanctos celeberrimo Cæsaræ Pater et doctor Gregorius ingm dialogq et ad testificandu una cum doctoribq orientalibq accedat, nam eum etiam orientalis Eccleq p Sancto habet, Greg: Nazi- ne dialogi 2di.
Hjusq commemorationem singulis annis cum plausu pagit, nec potestis dissidere: Is namque Joan. 16.
in quodam suo tractatu, pt alia multa scribit. Unde ipse quoq; veritas, ut fidem discipulis augeret dixit. Si ego n abiero paracletq n veniet ad vos. Cum enim esset, quia paracletq Spiritq
a Patre semp procedat et Filio, cur se Filiq recessurum dicit, ut ille veniat, qui a Filio nunqm recedit. Sed quia discipuli Dominum in carne cernentes spiritualit quoq; videre sitiebant,
recte ejs dicit, Si ego n abiero, paracletq n veniet, acsi aperte diceret, si corpq n subtraho,
quis sit amor Spiritq n offendo, et nisi me desieritis, carnaliter cernere, nunqm me scietis
spiritualit amare. Idem magister libro. 1. moralium capite. 3. sic explicat. In ordem dies dui- Greg: l. moralium capite 3.
bj transeunt cum sdicoonis mysteria pagunt: peractis convivijs holocaustum Job p filijs
obtulit, quia p Apostolis de sdicoone redeuntibq, Patrem Christq redemptor exoravit, be-
ne autem mittendo sanctificare dicit, quia dum Spiritum S: qui a se procedit, discipulorum
cordibq tribuit, quid quid in eis culpæ esse potuit, emendavit. Idem 30mo moralium Capite Idem. 30. moral: Ca: 6.
sic agit. Venit hora, cum jam n in proverbijs loquar vobis, sed palam de Patre annunciabo vobis.
Palam quippe de Patre annunciare se asserit, quia p passe factam tunc majestatis suæ speciem
et quomodo genitori n impar oriat, et quomodo ab utroq; Spiritq utriq; coaterno pce-
dat, ostendit. Aperte namq; tunc videbimus, quomodo hoc quod orit, ei de quo orit, sub-
sequens non est: Quomodo is qui p processionem ducit a proferentibq non præitur? a-
perte tunc videbimq quomodo, et unum dinisibiliter tria sint, et indivisibiliter
tria unum. Idem in Confessione suæ fidei, ut omnes summi pontifices faciunt, Idem in confessione
cum fidem in suis assumptionibq confitent. Credo in Deum Patrem omnipotentem, Patrem, Filium, et Spiritum S: Tres personas unam essentiam, Patrem ingenitum,
Filium unigenitum, Spiritum vero S: neq; genitum, neq; ingenitum, sed coaternum, de Patre, et Filio procedentem. Idem in Evangelio secundum Joannem, in
homilia sup ea verba. Cum esset sero die illo una Sabbatharum, qua incipit: Quem Idem homilia. 26.
admodum misit me Pater, et Ego mitto vos: paulo pt dicit: cum venerit Paracletq quem Ego Joan. 15.
mittam vobis a Patre. Si enim mihi solummodo incarnari deberet intelligi, Spiritq S: pcul
dubio nullomodo diceret mihi, qui nequaqm incarnatq est, sed ejq missio ipsa, processio est,
quo procedit de Patre et Filio: sicut itaq Spiritq mihi dicit quia procedit, ita et Filiq in inque
mihi dicit quia generatur. Damasi Sumq Romæ præses, qui tempore 2da Constantino- Damasi professio
politanæ Synodi vixit, in Confessione Catholicæ fidei, quam Papa hic emisit ad Paulinum
antiochiæ Episcopum: Credimq in unum verum Deum Patrem et Filium, et Spiritum S: fa-
ctorem visibilium et invisibilium, per quem omnia creata sunt in Cælo, et in terra, hunc
unum Deum, et hunc unam esse divinæ nominis Trinitatem, Patrem qui Filiq non est,
sed habet Filium, qui non est utriq; Pater, Filium qui non est Pater, sed Filius Dei natura est,
Spiritum vero paracletum, neq; Patrem esse, neq; Filium, sed ex Patre procedentem, et Filio. Et igit
ingenitq Pater, genitq Filiq, non genitq Paracletq, sed ex Patre procedens, et Filio. Hormisdas Summus Hormisdas Papa.
Papa, in Epistola ad Justinum Imperatorem, adversus Nestorij, et Eutichis blasphemias, ita scribit.
Adoramq Patrem, et Filium, et Spiritum S: Trinitatis essentiam distincte individuam incomprehensibilem,

inenarrabilem

inenarrabilem: ubi quamvis psonar̃ vatio numerum admittat, unio tamen non amittit̃ es-
sentiam, ita tamen ut ꝓpria unicuiq; psona divina servem̃. neq; per psonas unitatem
divinitatis negemus, neq; ad essentiam id quod psonar̃ ꝓprium transferam̃. Magnum,
sanctum, et incomphensibile Trinitatis mysterium. Deus Pater, Deus Filiꝰ, Deq Spiritꝰ Sc̃.
Trinitas indivisibilis; tamen certum est ꝓprium Patris esse Filium generare, ꝓprium
Filij Dei, equalem Patri generari, Proprium Spiritꝰ S: ex Procedere et Filio. sub una
Leonis Papa. essentia deitatis. Leo Illma, et ipse antiqua Roma Pontifex Summꝰ, in primo sermone in pen-
tecosten, qui incipit: Hodiernam solemnitatem dilectissimi, sic inquit. In Trinitate enim divi-
na nihil dissimile, nihil impar est, et omnia quæ de illa substantia cogitari valent, nec vir-
tute, nec gloriâ, nec eternitate, discreta sunt. Cumq; in psonar̃ ꝓprietatibꝰ, aliꝰ sit Pater,
aliꝰ sit Filiꝰ, aliꝰ sit Spiritꝰ S: non tamen alia deitas, neq; diversa natura est. Siquidem
cum de Patre sit Filiꝰ unigenitꝰ, et Spiritꝰ Sc̃ Patris, Filiꝰq; sit Spiritꝰ, non sicut quæ cunq;
creatura, quæ et Patris, et Filij est, sed sicut cum utroq; vivens et potens, et sempiternꝰ, et ex
eo quod est Pater Filiꝰq; subsistit. Divꝰ ambrosiꝰ, ad quem S: Basilius scribens dicebat: Ejа
Ambrosius li- bro. 1. c: 10. de Spiritu S. variat non nihil à latino. o homo dei, quia ab hominibꝰ n̄ accepisti, nec didicisti, Evangelium Christi, sed ipse Dñus
à Judicibꝰ ad apostolos solium transtulit, hic inquam ad Gratianum Imperatorem, libro. 1.
capite. 10. de Spiritu S: scribit. Sed neq; cum à Patre exit Filiꝰ, de loco recedit̃ aut quasi
corpꝰ separat̃ à corpore, neq; enim in Patre quasi in corpore, tangm̃ corpꝰ includitur.
Spiritꝰ quoq; S: cum ex Patre ꝓcedit et Filio n̄ separat̃ à Patre, n̄ separat̃ à Filio. Quomo-
do enim separari potest a Patre, qui Spiritꝰ oris ejꝰ est? utiq; et æternitatis indicium est,
et divinitatis exprimit unitatem. Divꝰ Augustinꝰ mens illa altissima in multis tracta-
Augus: ad Orosium quærendꝰ e hic locꝰ. tibꝰ id egregie demonstrat, etiam ad orosium scribens, de Spiritu S: sermonem habens. qui
incipit. Dñs noster Jesꝰ Xtꝰ sic se abiturum ostendit. in eo multa et sclara scribit, post alia
Chrisost: homilia 81ma, in Mathæum dicentem, qua de causa pascha pagebat? in omnibꝰ usqꝫ ad extremum diem ostendens legi se non esse contrarium: ne autem legi contrarius esset, legem peragebat. Exacte igit ex eo ostensum est, quod legale pascha pararunt, ut alter Evangelistarum testatur, erat autem pascha et azyma. Quidnam est igit quod quaerit? quid ex hoc tam multis verbis pbare contendimus? ab omni pravitate fidelem oportet virum cavere. omne concertandi studium, litem, et stultam ꝑsumptionem de corde opus est eum propulsare, qui suæ salutis cupidus est: quia Salvator noster tempore sᵃ legis peregit pascha negꝫ antea peregit, ut quidam volunt, negꝫ post, sed suo tempore, et hora ut jussum erat: hujꝰ rei testis erat Lucas evangelista cum dicit. Et cum facta esset hora, discubuit cum 12cem. non enim dixit, quando facta est dies, nam alia dies non praeterierat praeter eam, in qua dicit: venit autem dies azymorum, in quo immolabant pascha, sed quando venit hora. Apertum est quod illa hora erat diei paschatis, quo id comedit Dominus noster Deus Jesus Christꝰ. ubi vero dicit, discubuit cum duodecem, ambiguitatem vel dubitationem aliquam non præbet nobis, non enim ex hoc ostendere volumus aliud esse canᵐ aliud Pascha: Sed quod tempus azymoꝝ erat, quo incipiebant azyma per septem dies comedi, in quibꝰ fermentatum inveniri non oportebat, nam a principio paschatis incipiunt azyma, at captis azymis, neminᵢ licebat domi fermentatum habere, cum id manifeste lex prohiberet. Sed post agni esum stantes, et festinantes, aliudꝰ agentes, ut in traditione ejus scriptum est, comedentes, et alia fercula prandentes discumbebant, negꝫ lex eos sedere jubebat; nam pascha stantes peragebant, ut supradictum est, sed hoc transacto, prandentes discumbebant: non enim stantes, per totos septem dies comedebant, sed prima tantum die postea sedebant comedentes. Hinc ostenditꝰ, qd post esum paschæ Salvator cum suis discipulis, cum vellet prandere discumbebat: hujus rei mecum testis erit aurea Joannis lingua dicit enim in Evangelij enarratione quasi interrogans: Cur si pascha comedebant, contra legem comedebant? oportebat enim eos non discumbentes comedere. Sed non discumbebant ad esum paschatis, sed post ejꝰ esum: deinde sedentes comedebant, post cenam vero sumpto pane, benedixit, et dixit. Accipite, comedite, hoc est corpꝰ meum, hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postqm cenavit dicens. Bibite ex hoc omnes. Si ergo pt cenᵃ ut Evangelista dicit, tradidit illis Mysterium, ubi tunc erat fermentatum? Nam pascha erat, et azyma: quæ cum incipierent, fermentatum usqꝫ ad septem dies non reperiebatur.
Exod. 12. quod hoc verum sit, quid dicat lex audiamꝰ. Septem diebus azyma comedetis. in primo die non erit fermentum in domibꝰ vestris, quicunqꝫ comederit fermentum; peribit anima illa de Israel, à primo die, usqꝫ ad diem 7mum: dies prima erit sancta, atqꝫ dominus, et dies 7ma sabᵗ festivitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, excepᵗis his quæ ad vescendᵘ ptinent, et observabitis azyma: in eadem enim ipsa die, educam exercitum de terra Ægypti: et custodietis diem istum in generationes vestras ritu ꝑpetuo. Primo mense. 14ta die mensis ad vesperam comedetis azyma usqꝫ ad. 21mam diem ejusdꝫ mensis ad vesperam. Septem diebꝰ fermentatum non inveniet in domibꝰ vestris, qui comederit fermentum, peribit anima ejꝰ de cœtu Israel tam de advenis, quam de indigenis terræ omne fermentatum non comedetis in cunctis habitaculis vestris edetis azyma. audisti a principio pascha à vespera. 14ta die mensis, usqꝫ ad. 21mam

non debere

non debere inveniri fermentatum in domo alicujus? Dominus vero pt esum paschatis stans, ut sæpe dictum est, et peractis omnibq secundum legem, cum postea discubuisset dixit. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequm patiar. Postea cum Apostolis comedebat, cæna enim erat, post cænam autem accepto pane benedixit. Quod cum pt cænam diximus, omnem sustulit occasionem ijs, qui quærunt occasiones: quippe cum si id ante cænam ptulisset, quodammodo umbram auxilij reliquisset ijs, qui litigare exoptant, dicentibq ante cænam mysterium peregisse, dum azymorum tempq præterivet: Idcirco nihil novi, si fermentatum panem Christq sumpsisset, et in eo mysterium peregisset. Sed post cænam dixit: nam sublatum fermentatum erat paschatis tempore, nec usqm reperiebatr post tertiam horam diei illius, in qua vespere pascha immolabat, hunc morem usq, ad hanc diem Judæi servant. Unde autem sumpsit panem? Ex mensa ubi comedebant. Quid comedebant? azyma. Accepto vero pane qui se obtulit in mensa illa, Mysterium tradit. Qualis nam panis? azymq, non enim oportebat alium adesse, quoniam legale pascha peragebat, et azyma erant, quia incipientibq azymis locum secundum legem fermenta non habent.

Sectio. IV.

At quid afferunt, qui contra sentiunt? non id erat legale pascha, omnia debebant esse ejsa igni, et azyma, atque in eo sunt jus, panis, catini, vinum; itaq, non illud erat cum hoc dicunt, videntur unum, et idem Pascha, et cæna. Sed non est, nam aliud est Pascha, aliud cæna, ut dictum est. In paschate enim, quod a nobis sæpe jam expositum est, quanqm illi non intellexerint, cuncta oportebat esse ejsa igni, quod pascha stantes comedebant, quod et Christus fecit ante cænam, post in cæna discubuit, et comederunt jus, et alia quæcunq, libuit; Quod autem legale Pascha tum pegit Christq Dnus noster, aureus Joannes id testabitr in homilia antedicta, in Evangelistam Mathæum, dicit enim, Post legalis Paschatis esum, Mysterium tradit. Id et Damascenus Joannes. 24. capite Theologiæ qui inquit. Bonus, et omnino bonq, et sup omnia bonq Deus; post alia quædam dicit. In cænaculo igitr Sancta, et gloriosa Sion antiquum Pascha cum comedisset, et vetus testamentum omne complevisset, discipulor pedes abluit. Audis quod vetus pascha comedebat Christus quomodo dicis id legitimum Pascha non esse? ignoro enim an sit aliud præcum pascha, et aliud legale. Quodsi quis dicat, quod etsi pascha paratum fuit, non secundum veterem figuram fuit paratum, scilicet ut haberet azyma, agnos, lactucam agrestem et alia, nam ea cessare oportebat, sciant primum, quod Christum nil aliud facere oportuit, qm quod lex jubebat, ne legis transgressor judicaretr; deinde qui parabat id Zebedæus erat, qui cum Judæo esset, nil aliud fecisset, qm quod lex jubebat. Si vero dixerint, In hoc pascha te Mysterium traditum non esse, et propterea fermentatum esse potuisse, non prmittit ejus aurea lingua, nam in prima homilia in Mathæum scribit. Quadecausa paschalis tempore non alio die sumpto pane fregit, et mysteria pegit, ut undequaq, noscamus eum esse antiqua legis latorem, et qua in ea obtinebant propter hoc prig adumbrata fuisse: idcirco ubi est figura veritatem adjungit. Si autem dixerint, Dominum eo ano legale pascha non comedisse, quia dixit desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequm patiar, cum exultatione adducentes, non fuisse ei optabile quod alias comedisset, sed aliud aliquid novi quod optabat, Chrisostomq ipse de hoc nop alius, responsionem afferet, nam in homilia eadem dicit. Post esum legalis paschæ mysterium tradit dicens. accipite, comedite et reliqua, quoniam in posterum, cessare legalia oportebat, et legalium festivitatum caput, et et ad alteram transit mensam formidabilis jam novæ legis. audis, quod pt esum legalis paschatis Mysterium tradit. idest legale comedit pascha, et post cænam Mysterium tradidit? Quomodo igitr fermentatum potuit adhuc retinere, cum azyma incepisset? Illud vero, desiderio desideravi hoc pascha manducare, vobiscum, hunc habet sensum. Quod anne hoc quo terra salq fuisse erat,

Objectio.

Chrisos:

Damascenq

alia objectio.

alia objectio.

Chrisostomq

Chrisos:

et mysteria

et mysteria tradi, ac cetera per mortem dissolvi oportebat, eo pacto crucem animo volvebat. ut nihil aliud aque in mente haberet, ac mori pro communi salute. Si vero dixerit quis. Iuan de dicit Chrisostomg, ad aliam transit mensam formidabilissimam, per id fermentatum
obyectio. significari, ut abrogare et qua secundum legem asserebant; Sciat quod ad aliam mensam transire, non propter azyma dicit, quia azyma neq; sacrificium erat, neq; ut sacrificio ijs utebantur judai, ac necesse erat ea cessare. Percunctent illae à judaïs, alq; edisserant, sed quod non amplius carnea mensa, carnem, et sanguinem sacrificaturi erant. quotiēs enim inquit, panem hunc comederitis, et calicem hunc biberitis, mortem meam nuntiate, et resurrectionem meam confitemini. Propterea altera mensa formidabilissima dicit, quia formidabilia mysteria in ea peragunt. Sanguis videlicet et corpus Dominicum. non sacrificia vitulor. q taurorū q hircor sanguis. Nam illa mensa per agni, et vituli sanguinem maris rubri transitum in memoriam revocabat, et ab Egyptiaca servitute liberationem. Hac autem divina mensa sacra, Salutarem agnum in memoriam revocat. qui dei filius est, et tollit peccata mundi: qui non eduxit nos ex Egipto, in terra Hierusalem, sed a morte ad vitam, sed à terra in Celum, Remissionē omnium peccatorum.
Chrisolto: Hujus rei testis Chrisostomus, enarans hoc idem in eadem homilia, inquit enim. Non conturbati sunt discipuli audientes eum, qui dicebat hoc est corpg meum, quoniam multa et magna de hoc antea cum ipsis disseruerat, ut in diversis locis Joannes ait. Dicit enim passionis causam, peccatorum esse remissionem. Sanguinem vero novi testamenti vocat, quasi quod novum testamentum contineret. nam quemadm vetus, oves, et vitulos habuit. ita et hoc Domini sanguinem. hunc etiam qd moriturq est patefacit, ideo et testamenti meminit, antiquum etiam in memoriam revocat, qua et id per sanguinem innovatum est, et rursq causam mortis exponit, quod pro multis effunderet, in remissionem peccator. quid docens dicebat? Hoc facite in meam commemorationem. ut illud in commemorationem Egipti miraculor fiebat, sic et hoc in meam. Is sanguis in primogenitorum salutem effusus est, hic in remissionem peccatorum. ac ut Moses dicit, hoc erit vobis in memoriam sempiternam, Sic et ipse in meam commemorationem donec veniam: Pascha enim trado, per quod vos spirituales faduros sum. Audis quid hoc significat, ad aliam mensam formidabilissimam? quia carnea illa illig mensa erant, hac spiritualia, illa visibilia, hac invisibilia, et intemerata mysteria, quamquam sacerdotum manibq propter summam bonitatem ejus tractent. Et quia illa in mysteria sed figura tantum, quia id erat tantum quod oculis cernebatur, hac vero mysteria non figura, sed ipsa veritas. Et quia aliud est visibilis species, aliud quod per eam intelligit. nam in visibili pane, verum Christi corpg continet, quod angeli tantum vident et venerant. Idcirco formidabilissima et alia mensa dicitur non quia azyma vel fermentata sint, tunc enim Christq Jesq de fermentato, vel azymo non curabat, sed simpliciter tantum de pane ut suum mysterium traderet. Percipite fratres percipite. at nunqm poteritis, nisi et ipsi credideritis Si non credideritis inquit, non intelligetis, quia et nos cum credidimq intelleximus, dicimusq, hac qua vos videtis et auditis: non enim ex doctrina sed ex fide dicimus quacunq, dicimq. Ut autem cognoscatis, non totam legem veterem, suo adventu Christum sustulisse, sed alia ad meliùs traduxisse, alia abscidisse, alia immutasse in aliam formam, et hoc adjungemus.

Sectio. V.

Nam quatuor quadam lex antiqua continebat: judicialia, mysteria, moralia et

adumbrata

adumbrata. Judicialia ad mitius traduxit, nam cum in adulterio deprehensam et eos qui de adulterio damnati essent, lex juberet lapidari, Dominq dixit, qui ex vobis est sine peccato, primus lapidem jaciat adversq eam: et iterum, dentem p dente, Joan. 11.
oculum p oculo, et reliqua. Qui tibi dextram maxillam p cusserit, verte ei et alteram. Moralia auxit Dñus, qua sunt mandata, et præcepta ejus: non furtum facias, ne facias hæc et hæc, quæ divini apostoli pro fundamento habentes, evangelica doctrina mundum illuminarunt, ubi dicunt, ne diligatis mundum hunc, neq; quæ mundi sunt, quia mundus transit, et gloria ejq, et reliqua ne singula enumerem. Figuralia et mystica nam idem hæc duo significant, sustulit Dñus, Circumcisionem scilicet, Sabbatum, animalium immolationes, pascha, et agnum. Adumbrata in aliam formam mutavit Dominq. pro umbra veritatem formans, pro ardenti nube Virgo quæ non combussit, pro columna ignis, Sol ipse justitiæ, pro ecclesiæ, Christus, pro virga Crux, pro arca immaculata ejq Ecclesia, p transitu rubri maris, pascha in quo novum figurabatur: et hoc supveniente sustulit illud, p agne Christq, p sanguine Salvatoris sanguis, pro nube, et igne, Sctum Baptisma. Sed quid opq est cuncta enumerare? cum omnes optime noscant legis adimplenda non solvenda auctorem fuisse Christum. Habes igit ex his non de azymo dicere, qui dicit, occisq cessare fecit quæ a lege asserebantur. Sed de agnorum, hædorum, ovium, et bovum sacrificio, quod verum Dei agnum significabat, et figurabat, qui tollit peccata mundi, et illo immolato sublata ea sunt quæ ipsum figurabant, azymum enim neq; sacrificium erat, neq; eum Salvator sustulit. Si vero dixerit quis illud umbram fuisse, respondebimq, immutatum in aliam formam fuisse a Christo volente suum corpq in eo confici. His igit quantum satis est explanatis, redeamus eo unde digressi sumus. Quod possibile non erat fermentatum panem in illa mensa adesse tempore azymor jam capto: nam si resciset Judas, Magistrum fermentata esitasse, nullam p ditionis causam majorem inveniset, quam legis transgressionem, cum in azymorum die, fermentatum panem servaret, quærebat enim causam et occasionem judaïs illum p dendi. attamen illi Pilato non dixissent, cum percunctaretur a eis quid mali fecisset: Quia nos legem habemq, et secundum legem debet mori. Sed sic utiq; dixissent, qua etiam ratioñi consentanea, et justa erat causa, quod legem transgressus esset, aliud pascha lex nostra jubet, aliud ipse fecit: post pascha panem fermentatum lex vetat ipse vero deprehensq est in azymorum diebus fermentatum panem servare, quam lex eximi ex numero filiorum Israel aperte damnat. at hoc quidem non dixerunt; qua nam de causa? quia dicere non potuerunt. Si igitur cum multi falsi testes accessissent de aliis criminibq testificantes, et præterea falsis. quorum testimoniorum non erat conveniens, cur id non dixerunt, et testimoñium non tulerunt, quod sine dubio turpissimam minatur mortem ijs, qui transgrediuntur. Admiror igit admodum, quomodo judæi causam sedulo quærentes, non invenerunt cum multum sudassent, neq; Judas. Et nunc fratres nostri causam et testem justissimum judæa subministrant, simul ac judæis, etenim si a Pilato interrogati, quam causam erga justum hominem afferent? aliud dicere non potuerunt, qm quod Deum se ipsum, et Dei Filium appellaret: cumq; ad hoc testificandum multi falsi testes accessissent, id non invenerunt. Ipsi vero nunc transgressorem Christum aperte jaciunt, jureq; ipsum a judæis damnadum volentes, nolentes egregie comprobant. hi profecto fletu et misericordia digni sunt, qui hæc dicunt. Præterea si secundum vestram intentionem fermentatq erat, neq; sic jure potuit Romanam insimulare Ecclesiam, quod in azymo sacrificat, quemadmodum et ea orientalem non reprehendit si in

fermentato

fermentato sacrificat. atqui cum caput Ecclesia sit incusare poterat, et damnare quicquam non sequuit, nam ipsa firmiter novit in azymo Christum sacrificasse cum in cenaculo una cum suis discipulis cenavit. et similiter eos in suam commemorationem jussit facere. Quod autem in ijs Septem pascha diebus fermentatum esset vetitum, Chrisostomum Patrem rursus audiamus, in prima ad Corinthios epistola dicit enim. antea exposuimus cur ab omnibus finibus pellatur fermentum, Aenigma hoc quid ostendit? ab omni pravitate oportet fidelem discedere; nam quemadmodum morte moritur is apud quem vetus fermentum repertum fuerit: sic et nos ubi malitia reperta est. non enim magna pena statuitur in umbra, in nobis vero non multo major. Si enim domos ita ppurgant, ut in murium foraminibus anxie versent, multo magis nos animam excutere oportet. Cum igitq murium foramina anxie disquirant, multo illi magis solliciti ad excutiendum fuissent, an Christus ea nocte fermento fuisset usus ut legi adversus. Aurea verba effundens Joannes, in. 81. homilia in Evangelistam Mathaum dicit. Quod usq ad extremum diem ne legi contrarius videret, pascha peregit, ultima vero dies fuit, quando cruci affixus est, in qua voce magna dixit, consummatum est. Consummata sunt scilicet intelligens, quaecunq prophetae et Lex prescripserunt, et dixerunt. quod si confecisset ut isti dicunt, magis legi adversq ostenderetur, non secundum legem pascha legale peragendo, sed panem fermentatum servando, ppertim cum judas tunc adesset, et rationem prodendi pquireret, ut eum judaeis proderet. At hoc nullo pacto est, sed cum auctor esset legis adimplendae et servandae ut dictum est, antea, secundum legem peregit omnia; ac ex necessitate fuerunt azyma, et azymum prabuit. Quid igitur petitis? interrogamus, azymum ne erat quod Christq pbuit, an fermentum? si azymum, pro nobis id est, si fermentum, Christum legis transgressorem esse vel inviti offenditis, cum in azymorum die fermentatum panem servasset.

Chrisost.

Sectio. VI.

Sed quid dicit Xanthopulus? praecedenti die id fecit. Hoc apud eos, qui mentis compotes sunt, stultum, et sine sensu existimabitur: nam si praecedenti die fecisset, in tempore non fecisset. si vero non in tempore, nec illa hora effecisset, transgressor legis ex necessitate Christus convincitur. Duae lex. 14ta die mensis vespere jubet pascha immolari, quod si die pcedenti ut vos dicitis, effecit, 13tia die apparet effecisse. Si vero. 13tio, adversus, legis mandatis offendit, quo jubet. 14ta fieri. Si adversus, ergo et legis transgressor. Deliquum igitq est, ut credatis eum non anticipasse, sed in tempore fecisse. Praeterea si dicit Lex, vesperi pascha celebrari oportere, et Christus vespere peregit, non transgressus est secundum Lucam Evangelistam, qui dicit, et quando venit hora discubuit. Nam si media die fecisset, dici poterat eum anticipasse, vel tempus, vel horam, et ideo fermentatum fuisse. Sit non ita factum est: discipuli praterea, ut sape dictum est, cum judaei essent, aliter qm pstituto tempore agere non auderent. Praestituta igitur a Lege die fecit, et quando azyma erant, ut divinus dixit Lucas, idest prima die azymorum quo pascha immolari oportebat. Quomodo igitq anticipavit, si prima die azymorum discipuli accesserunt, petentes, ubi vellet parari pascha? ostensum enim est pr legale tum pascha parabant, et die pstituta pegerunt: nam qui vel priq vel post effecit, transgreditur: quamobrem uti vos existimatis, et Christq transgredit, quoniam tempq anticipavit.

nicephori objectiones respondet.

Sed nemo

Sed nemo mentis compos id unquam percipiet, vel dixerit unqm, sed ex nunc quis
unquisse magis in tempore, et secundum legem fecisse dicit. Id testabitur testabitur
aurea lingua. Sed omnia audentes judei tempo pverterunt. Dicit enim hic Magnus
magnus pater, 82ta homilia in Joannis Evangelium super ea verba, adducunt Chrisosto:
Jesum a Caipha in prætorium. Cur eo ipsum adduxerunt, ubi omnes erant con-
gregati? ut ex pontificum sententia cuncta peragerent. nam is tum erat pon-
tifex, et omnes eum expectabant, ita ob hoc pernoctabant, et vigilabant, quia
tum pascha non comederant inquit, sed propterea vigilabant. Dicens enim
quod mane erat: Joannes subjunxit, non sunt ingressi prætorium, ut non con-
taminentur, sed ut pascha manducarent. Quid igitur dicemus? quod altera
die comederunt, et legem violaverunt, ut cupiditati qua ardebant inservirent,
eadem hanc perpetrandi: nam tempus Christus non transgressus est paschatis,
cum vespere id comedisset. Sed ij cuncta audebant, omnesq; leges conculcabant,
nam quia vehementer ita oderant, nec eum interficere poterant, quamvis id
sæpe aggressi essent. tunc cum ipsum inopinato comprehendissent, malucrunt
pascha omittere, ut cupiditatem eum jugulandi explerent. Audis eos tempo et
legem transgressos esse. Christum non transgressum esse? ubi sunt qui dicunt
eum anticipasse. His igitur ita se habentibus, et ita liquido comprobatis
Christum suis apostolis azymum in die azymorum tradidisse. Existimo enim
quodsi tunc azymorum hera non instituisset, in fermente mysterium tradidisset
velens omnino illud tradere, nihil faciens utrum in fermente vel azymo id fa-
ceret, sciens materiam et substantiam esse panis ex tritico constantis: quo pacto
reprehendemus eos qui in azymo sacrificant? qua ratione adversabimur, cum Synodus in suo
decreto jubeat utrog, modo Christi corpus confici posse, in azymo scilicet vel fermentato? quod
Ecclesia Sacra profecto à Sanctis accepit apostolis. Sani enim apostoli extra tempus
azymorum fracto pane sacrificium peragebant, nec ullibi apparet eos azymum
postulasse. Et rursus in diebus azymor, cum Jerusalem fermentatum non reperiretur
omisso fermentato sacrificium peragebant. nam certo sciebant satis esse si ex tritico consta-
ret. Nec quia parum fermenti haberent qua fiebant, idcirco fuissent omnia irrita, potissi-
mum vero Domini verba, qua panem et vinum cum aqua, in corpus et sanguinem
ejus transmutant. Caterum et hoc abnegant, qui Synodum non sequuntur, nec suaderi
volunt, nec credere quod sancit ecclesia, quod in dominica ea voce, qua dicit, accipite
comedite, hoc est Corpus meum, et hic est sanguis meus, misterium peragit, sed post hoc
cum dicitur, (ajunt:) et panem hunc effice venerabile Corpus Christi Tui, non percipien-
tes, quod hoc Sacrificij Sancti Mysterium Christus tradidit, nec alia præterea verba dixit
nisi, accipite, comedite, et bibite omnes: non effice dixit, neque cetera qua nos dicimus; quip-
pe cum hæc tantum verba vim haberent, cetera omnia qua dicimus, pro nobis oran-
tes dicimus, ut huic sanguini communicare, atq, hoc Corpus tangere mereamur. Quem-
admodum enim cum Baptisma tradaret salutare alia verba non dixit, quam euntes
docete omnes gentes Baptizantes eos, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, et ea verba
manserunt forma sacramenti, quippe quibus prolatis baptizma perficiatur, reliqua qua di-
cimus pro nobis, pro baptizato simul, et pro susceptore dicimus: ita et ibi dicit ad Discipulos

Christus

Christus, accipite, comedite &c. hoc facite in meam commemorationem: nihilq; aliud dixit. Cæq; sunt quæ panem in Christi Corpus transmutant, et vinum in sanguinem.

Chrisost: Id mecum rursus tessabitur aurea lingua Joannes homilia in Mysticam Salvatoris cænam, et in mysteriorum traditionem, in quo et contra Judæos principium sermonis, pauca inquit hodie necessaria sunt, in hac homilia post multa dicit. Christq; ipse adest, qui mensam hanc adornat, nam qui mensam illam ornavit, idem nunc etiam hanc exornat: quia homo non est qui ea quæ proponunt efficit, sanguinem et Corpus Christi, sed ipse Christus pro nobis Crucifixus. Adstat sacerdos figuram tantum adimplens, adhibetq; preces ea verba proloquens, gratiæ et vis Dei est, quæ cuncta operatur: hoc est corpus meum dicit. hoc verbum quod in manibus habemq; transmutat. Ac ut ea vox qua dicit crescite, et multiplicamini, et replete terram, semel prolata, in omne tamen ævum peragitur ad filiorum procreationem nostræ naturæ vires subministrans, ita et hæc vox ab eâ divina lingua semel prolata, idest, hoc est Corpus meum, in singulis Ecclesiæ altaribus illius verbi vis, usq; ad hanc diem, et adventum ipsius, sacrificium perfectum operatur. Si igitur hoc verbum, ea quæ proposita sunt, in corpus, et sanguinem Christi transmutat, et tremenda mysteria efficit, mirandum utiq; erit si non possint ea esse perfecta, quia exiguo fermento carent, præsertim cum hac materia Christus Mysterium peregerit ut antea probatum est.

Sectio. VII.

Ut autem intelligant quæ ad hoc mysterium necessaria sunt, et quid necessarium ad hoc sacrificium sit, ne in disquirendo de azymo, vel fermentato laborent, etiam hæc adjungemus; Primum materiam panis ex tritico, et vinam scilicet ex vite, Secundum Christi verba; Hoc est Corpus meum, et hoc est sanguis meus. Tertium Sacerdos nam qui sacerdos non est, idest qui gradum Sacerdotalem non habet, Sacrificium nunqm conficiet. Quartum Scientia: idest sacerdotem inprimis intentionem habere, ad ea dona quæ proponuntur, non alio mentem deflectere. Quintum altare, idest mensa à pontifice consecrata: hæc necessaria sunt, et sola quamvis ultimum non sit ut cætera non necessarium. Sint autem hæc omnia ociosa sunt, quia exiguo sed acido fermento carent, maxima utiq; admiratione dignum est, cum altare, intentio, Sacerdos, materia, et quod maxime præcipue momenti est, Christi verba, quæ propositæ in sanguinem et Corpus transmutant, per quæ Cælum Constructum est, terra fundata, et omnia constituta, sine fermento nihil possint. Hoc non est sanamentis commentum, sed mentis prorsus dementis. Admiror etiam qua de causa vinum non improbatis, cum rubrum sæpe offeramus, aut album vel dulce, vel austerum, sed panem tantum. Nam quemadmodum de germine vitis dixit, nec album distinxit a rubro: ita et de pane dicens, panem non distinxit fermentatum, ab azymo, vel album, vel nigrum, vel dulcem, vel acidum: propterea utraq; sine ullo discrimine amplectitur. Noscens enim plane sacra Synodus utrumq; panem esse, promiscue sacrificat, nec alterutrum reprehendit, præsertim cum Christus in azymo confecerit, ut antea ostensum est. Ergo injuriâ œcumenicam insimulatis Synodum, quæ sit jubet, et injuria nos, qui eam sequimur, et confitemur, calumniamini et sugillatis.

Quæ sunt necessaria ad Sacrificium.

ut autem

Ut autem Nicephori Callisti Xanthopuli mentionem faciam, subit mihi eo= modum ridere, qui ambitiose contendit ea quæ nunc in triodio synaxaria reperiun= tur conscribere. Impetu vero pravitatis motus de proposito nobis argumento magna et admirabilia scripsit. Sed quod ea Constantinopoli non legeventur, omnibus est com= pertum, nec oportet me ulterius procedere. In hac urbe tantum quidam in triodio quemadmodum inveniuntur collocaverunt, esse autem ea valde irrationabilia si quis scire desiderat legat quæ ipse composuit, reperietq; eum in plerisq; sibi ipsi pugnantem esse, sed quodnam est tremendum ejus oraculum, et ut sibi videtur insolubile? in quinta magna feria in Mysteriorum traditionem post alia mul= ta dicit. Vide ut panem vocet corpus suum non tamen azymum. Erubescant qui in Sacrificio azymum adhibent, id ut terribile admodum ab eo dictum sursum deorsum ejus Sectatores objectant: atqui is aliquid videtur dicere, nil autem di= cit ut demonstrabitur: etenim nos cum discipuli ejus simus, qui dicit pacem sequi= mini injuria eum non afficimus, ut ille nos. Sed responsio tantum quam adver= sus ejus sermones asseremus, pro injuria reputabitur, qui cum magistrum se esse opinetur, a nobis qui docti non sumus convincitur: ideo dicimus quod ille secum versans, adversus Catholicam Ecclesiam scribere, apertissime lapsus in præcipitem foveam pronus cecidit: nam cum dixisset, vide quod panem corpus suum dicit, non azymum, oblitus est quod et azymus panis appellatur, Visum est enim ipsi oportere cum quis panem dicit, de fermentato tantum intelligi, at hoc probare non potest, quia in multis Scriptura locis azymus etiam panis dicitur; Quia Sacra Scriptura dicit: Tolle azymos panes, Et in exodo: Tolle vitulum ex armento unum, et arietes duos immaculatos, panesq; azymos oleo conspersos, lagana quoq; azyma oleo lita, de simila triticea cuncta facies, et posita in canistro offe= res. Et post pauca: Tolles panis unius crustulam, conspersam oleo, laganum unum de canistro Azymum, quod positum est in conspectu domini. Ac Theodoritus in expositione in Prophetam Daniel dicit. Panis dicitur fermentatus et azymus; Vides ut et azymus vocatur panis; Quomodo hujus oblitus es bone Ni= cephore? Jure Nicephorus vocatus es, quia in fero sequentes plebejos homines vicisti: non qui in excelso sedent, et rationis participes sunt. Sed aliquis forte se dicet, imo pro nobis hoc est, nam ubi apponit Adjectivum, ibi cognoscit et res, ubi quidem cum adjectivo ponit panis, idest azymus, tunc est, et intelligitur azymus, ubi vero adjectivum non ponitur, idest azymus, tunc necessario intelligit fermentatus. Hic igitur Christus cum nil aliud nominaverit nisi simpliciter panem, aperte pro= tulit esse fermentatum. Juste ergo apud Xanthopulum scriptum est, quod panem dicit Corpus suum, non tamen Azymum. at nos facile contrarium demonstrabimus, idest quod cum panis simpliciter dicitur sine adjectivo, azymus esse reperitur: nec effugere poteris responsionem, cum sit apertissima. Dies resurrectionis Domini, tertia dies erat legalis Paschatis: ut Evangelista dicit cum Jesu colloquens. Et nunc super hac omnia, tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt: In hac igitur die, ibant duo ex discipulis Ejus in Castellum, quod aberat spatio stadiorum Sexaginta ab Jerusalem, nomine Emaus. Et paulo post dicit. Ac cogerunt eum, Jesum scilicet, dicentes, mane No= biscum, quoniam advesperascit et inclinata est jam dies. Eorum igitur precibus cum assensisset, introvit ut maneret simul cum ejs. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem et benedixit, et fregit, et porrigebat illis: et post pauca. Et cognoverunt agit, Ipsum in fractione Pa= nis. Quodnam candidig hoc, vel purius asseret argumentum ijs qui contendere nolunt, nec scandala amplectuntur? Panem simpliciter hic dicit divus Lucas, neq; fermentatum neq; azymum. Quodnam igitur erat

nicepho: rg hic est author hi storiæ Ec clesiasticæ

Theophy lactum

Judith. 6. Exodi. 29.

Theodoriti.

Luca. 24.

igitur erat cogitemus? nec oculos ita adversus clarissima occludamus, nam ut cognitq est ab illis in fractione panis, sic et a nobis dignoscetur. Si disquirere voluerimus, quia non ita hebetes sumus ut veritatem non videamus; quamvis enim in philosophorum, et rhetorum literis versati non simus, at naturam ipsam pro doctore nobis comparavimus, qua optime veritatem dignoscere potest, et falsum coarguere, et quod melius est à pejore discernere. Quid ergo dicemus? fermentatum erat? absit, quonam modo? tertia dies erat legalis Paschatis, nec poterant qui cum Jesu simul ibant, Cleophas, et Lucas, nisi azymum ferre ab urbe Jerusalem profecti. Septem
Exodi. 12. diebus inquit lex azyma comedetis, et nequaquam fermentata: nam subdit, quicunq comederit fermentatum, peribit anima illa ex Israel. Si ergo hæc vera sunt, quo pacto ibi potuit fermentatum reperiri? lege vetante id confici à quatuordecima die, usq ad. 21mam mensis. Ita q erat azymus. Si enim fermentatus, jn legem violassent fermentatum in die azymor offerendo, et Christus transgressor evaderet, si fermentatum fregisset, ac tradidisset. Si azymus ut erat, temere tandem nos incusatis: nam cum auctor legis adimplenda Christus esset, eum non fregisset si fermentatum esse scivisset, nam in diebq à lege vetitis id effecisset. Si vero sicut judæi sentiebant, et legem ut oportebat servabant, non eo tempore tantum, sed et post resurrectionem et Domini assumptionem. Ergo ex his omnibus sequitur azymum extitisse, qui à Jesu fracto duobus discipulis traditus est.

Sectio. VIII.

Si vero stolide quis dixerit eos extra Hierusalem fuisse, et ita fermentatum panem comedere
Exodi. 12. potuisse, reputet quod lex dixit. In omnibq advenis, et indigenis terræ, et in omni habitaculo vestro comedetis azyma non fermentatum, quicunq comederit peribit ex Israel. Nam veluti in cœna vesperi mysterij tempore, azymo sumpto pane, et fracto discubuit discipulis dicens, accipite comedite, sic et hoc loco fecit. Idcirco cognoverunt eum, in memoriam revocando quæ tum gesta sunt quasi tacite secum meditantes, hic magister est qui die superiori panem fregit eodem modo et fratribus tradidit, et cum voluissent eum tangere, evanuit. Sed quomodo intelligemus de panibus propositionis, de quibus dicit Christus capite 2do apud Marcum Evangelista? dicit enim ad Judæos objurgantes apostolos, quod spicas vellebant. nunqm legistis quid fecerit David quando necessitatem habuit, et esurijt ipse, et qui cum eo erant; quomodo introivit in Domum Dei sub Abjatar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit, quos non licet nisi sacerdotibus manducare, et dedit ejs qui cum eo erant? percontamur igit vos, panes propositionis fermentati ne erant, an azymi? Si fermentati, nos etiam judaizamq ut vos existimatis, in fermentatis panibq sacrificantes. Si vero azymi, ergo et azymi panes vocant. Præterea si fermentati erant panes illi propositionis, sacrificium in fermentato Christum tollere oportebat tanqm veterem, et legalem, ne judæos imitaremur, et in azymo sacrificium instituere et præcipere. Si azymi erant, ergo panis etiam azymus appellat. Sufficienter igitur offensum est o bone Nicephore, quod et panis dicitur azymus, et est, et intelligitur sine adjective. Quamobrem nemo prudens unqm dixerit, nos nequaqm posse intelligere azymum in quo sacrificium fecit Christus, et quod sine adjectivo dixit Evangelista, panem accepisse Christum in Die azymorum, et paschalis tempore. Azymus ergo erat, et azymum intelligimus, ut jam offensum est. His igitur ita expositis, argumentatiuncula a te adducta, quod panem dicit corpus suum non tamen fermentatum, satis est dissoluta. Ea vero verba, ſ. erubescant qui in azymo sacrificium offerunt: ſ non libet reflectere, sed in eos qui nesciunt quod sit illud, imo sciunt quidem, sed propter pravam suasionem, ac stultam presumptionem aliud sentiunt, et dicunt, id ipsum dicimus dedecus retorqueri, quod sine dubio credimus, quodq librorum adulteratores et qui ob malam presumptionem et malitiam adversus Romanam Ecclesiam scribunt, nunqm salutem consequi poterunt, imo in die judicij veluti veritatis hostes erubescent. Quidam tamen,

præter rationem admodum et imperite, et ideo stolide ut ita dicam, et impudenter objiciunt, quivis azymorum dies essent, ut dicitis nec fermentatum inveniri oportebat tamen cum Deus esset azymum fermentatum efficere poterat, nihil est enim impossibile apud Deum omnipotentem. Nihil esse impossibile apud eum, qui potest omnia, omnes confitentur: nec solum azymum fermentatum efficere sed et lapides ipsos panes; at necessitatem hanc, qua ad hoc peragendum duceretur, ego perspicere non valeo. Qua nam de causa statuere voluisset, fermentatum potius, quam azymum corpus suum confici, hanc mihi necessitatem explicate, si nostis, at nunquam poteritis. Nescio etiam an panem fermento carentem, corpus, et sanguinem suum fieri prohibuisset, vel sua divina consecrationis verba invalida reddere libuisset. Sed id nego hæretici, nego a Christiana religione alieni sentient unqm, vel dicent. Quod autem Dei Ecclesia nullum esse discrimen inter azymum, et fermentatum arbitratur multis, et egregijs argumentationibus jam ostensum est. Nunc demonstrabitur quo pacto Romana Ecclesia azymum, et orientalis Ecclesia, fermentatum conficit? per Gregorium dialogum virum Sanctissimum, qui ante Ecclesiarum Schismata vixit, cujus commemorationem nostra etiam Ecclesia unoquoque anno cum laude facit: hic enim optime causas reddit azymi et fermentati, traditq occidentalem Ecclesiam azymum, orientalem fermentatum antiquitus in usu habuisse, bonaq et laudabili ratione utramq ad id efficiendum fuisse permotam. Scribit enim. Solet multos perturbare quamobrem in Ecclesia quidam panes azimos, quidam offerunt fermentatos. Romana Ecclesia offert azymos panes propterea, quod Dominus sine ulla commistione suscepit carnem: sed cætera ecclesia offerunt fermentatum pro eo, quod Verbum Patris indutum est carne, et est verus Deus, et verus homo: item et fermentum commiscetur farina, et efficitur Corpq Dni nostri Jesu Christi vivi. Sed sive in azymo, sive in fermentato conficiatur, Domini Corpq et Salvatoris nostri Sumimus. Audisti quomodo magnus hic pater nullum inter azymum et fermentatum judicat esse discrimen: quodq indubitatè utrobiq modo conficitur Corpq Domini. Idq jam diu usus obtinuit in Ecclesijs apud occidentalem inquam et orientalem: nam optime ut ipse arbitror declaravit quod nunc propositum est, hanc azymo usam esse ait propter sinceritatem et puritatem carnis Domini, quia immunis et expers est omnis vitij: illam fermentato, propter divinitatis et humanitatis unionem in ipsius hypostasi, idq merito: nam ut azimum subtilissimum, ac purissimum est, quia sine fermento conficitur: nam fermento pro peccato Scriptura utitur: sic et Domini Corpq cum purissimum, nec alicujq peccati perceptibile sit, in azymi sacrificio conficitur. ac ut fermentatum per fermentum in panem convertitur, et substantiam crassiorem subit, ita et Domini Corpq per humana carnis compassionem, in unam divinitatis, et humanitatis personam per fermentum indicatur. Itaq per fermentum et azymum omni remota dubitatione Domini Corpus conficitur, et apud credentes salutaris fit communio.

Gregorius papa a gregis dictus nomine Dialogus.

Greg: papa in registro paulo diffuse citat. Vide hunc locum in libro de ecclesiasticis dogmatibus.

Sectio. IX.

Ecce secunda jam accusationi vestræ bene respondimus, ostendimusq quod imperite nos criminamini, et sinistre ecumenicam traducitis Synodum, quæ æque in azymo et fermentato Dominicum Corpus confici credit, cum unum sit domini Corpus, non in duo distractum, ut vos qui Synodum non sequimini, nolentes volentes, quamvis non scripto, sed negando quæ dicimus concluditis, et ideo ne in hæresis lapsum incidatis, non effugitis. Nam Christq dicit nunquam suam errare Ecclesiam, quia se semper cum ea mansurum pollicitq est: si ergo verus est Christus, et promissionem suam veram esse oportet. Ita enim dixit. Ego vobiscum sum omnibq diebq usq ad consummationem sæculi: nosq ita credimus eum cum ecclesia sua semper esse permansurum, nec eam derelicturum unquam. Si vero secundum vos cum ea se semper

mansurum

mansurum pollicitus est, sed dereliquit eam, et errave permisit, ex necessitate mendax est. Si vero mendax, Deus non est. Videte in quam absurditatem incidistis, Christum vocando mendacem, nam hoc omnem iniquitatem et blasphemiam superat: sed cum ea fuit, et est, et erit, et manebit in sæcula, quamvis dirumpantur, qui contra quam Ecclesia sentiunt, et faciunt, nos vero eam sequimur, et observamus: perinde ac impossibile sit, ut ea errorem prædicet, sed magis veritatem, et rectam fidem, cum ea sic habeat Sponsum Suum Christum. Cum ergo illi subijcimur intra salutis arcam positi sumus, per quam ex hac stulta vita in æternam, ac beatam revertemur. Habetis igitur quantum satis est orthodoxi ad ea quæ dicta sunt respersionem; in his manere, nihil enim in ijs reperitur, nisi ea quæ luminaria Ecclesiæ jubent. neq; ijs qui litigandi et contendendi vitio loquuntur, ac scribunt vestigijs inhæreatis unquam, aut assentiamini, quia non divino permoti zelo id agunt, sed ut simpliciores tantum decipiant, ac perdant, ut ipsi una cum illis in impietatis præcipitium delabantur.

Finis Capitis Secundi.

Tertij Capitis
Quod in decreto Synodi continetur Demonstratio.

De purgatorio. Idest animas eorum qui in pœnitentia moriuntur, post mortem purgari.

Sectio. I.

Tempus igitur est de tertio capite quod in Decreto continetur pertractandi. Sed quale nam id est? animarum post mortem purgatio: quod apud Græcos catharterion, apud Latinos vero purgatorium dicitur. Cujus tenor ex divino, et Sacro decreto hic est. Præterea decernimus, si vere pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis simul et omissis satisfecerint, eorum animas purgatorijs pœnis post mortem purgari, et ut a pœnis ejusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viventium suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, et eleemosinas, ac alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesia constituta. Id usquequaque abnegant schismaticorum sectatores, hac omnino non percipiendo, neq; quid de hac re sentiant doctores, desperatione, et falsa persuasione se oblectantes et in ignoratione versantes. At neque in disceptationem venire volunt, vel malitia, vel odio adversus latinos permoti, vel quia nihil profecto habent, quod effatu sit dignum. Sed inania quædam et futilia, nihilq; sanum continentia, sæpenumero nobis objiciunt, quæ tanqm frigida quædam, neq; coherentia penitus aversamur. nam si quæ ipsi afferunt in medium protulerimus, ridicula ijs qui mentis sunt compotes videbuntur: ideirco nolumus ea promulgare, nostra enim gente prognati sunt. et ejusdem ordinis cujus nos sumus. Agedum videamus, quam responsionem huic Capiti assequamur, et eam quam decet medelam adhibeamus. Primum, divinum, et maximum damascenum Joannem in medium producamus, deinde et reliquum doctorum cœtum, qui ab oriente effulserunt. Secundo, eorum sententiam sistemus. Hic enim Beatus vir, hoc idem ipsum, quod Sacra Synodo rebellantes negant, et despiciunt ad disquirendum proponens, in libro de mystica mortuorum consideratione, liquido declaravit, quasi de hoc quidam eo tempore ut videtur, ambigerent; orationes, integra conscripta, eorum effrenata obstruxit ora. Quodsi quis bona fide, quæ ibi continentur perlegerit, quantum satis est, admirabitur, nec amplius quæstionem in dubium revocabit. Cæterum antequam doctissima hujus verba, et

verba et testimonia proferre incipiamus, orationem nostram tanqm in judicio dividamus, et ijs qui verosstudio ducuntur, proponamus, ordine in recensendis testimonijs servato, quo ille divinus vir cursim exposuit, dictum id in memoriam redigendo, quod puer id quod multosties latuit, adultos adinvenit, et quod sapientes protenijt idiota occurrit. quodqꝫ doctoribus comperbum non est, ejus discipuli meminerunt, verum nos id dicere non audemus. Sed quasi racemam post vindemiam derelictum, et spicam post messem pro nimia copia neglectam, et reliquos fructus, ut uno verbo dicam post illos percepios oblivioni traditos coacervantes, ita eos qui dignati fuerint excipiemus, Christo Jesu opitulante, et orationem nostram apertis demonstrationibus approbante. In tres igitur generales partes sive classes defunctos omnes abire decernimus, quod et egregie comprobabimus, non enim aliter dicere fas est. Unam et primam divinorum et sanctor virorum catum scilicet Apostolos, Martyres, Hierarchas, athletas Dei Sanctos, et justos, qui nullâ penitq post baptismum macula peccatorum vitam respersernnt: sed in castimonia et temperantia magis se exercuerunt, curaruntqꝫ ut sua corpora tanqm domos a spiritibus mundas efficerent, qui hunc visibilem mundum odio habuerunt, et celestia tantum concupierunt, quibus rebus locum quietis receperunt, quem sibi antea comparaverunt. Si vero post baptismum, aliquam peccati labem contraxerunt, eadem ipsa vel dum adhunc viverent, vel post depositum corpus mundatos, in celestem patriam assumi secundum divinum et sacrum Synodi Decretum, eos etiam audimus, qui ante baptismum suarum virtutum beneficio servati sunt, primos Patres, Prophetas, Patriarchas, et justos, quos suo adventu Christus ab inferni vinculis liberatos in celum deduxit, et ut eo fruerent dignos effecit. Secundam vero mediorum, sive illorum qui penitentes decesserint, ac in confessione, et cordis contritione spiritum emiserunt, sed sublata ijs facultate satisfaciendi pro peccatis, vel amissis ipsorum ob repentinam ut fit, et momentaneam demigrationem hanc in purgatorio esse dicimus, quodqꝫ ii non potuerunt in vita perficere, pro his superstites ad redemptionem opem ferunt secundum illius dictum, si forte quid prosit Tibi, idque sanctarum precum beneficio, eleemosinis, sacrificijs, aliisqꝫ pijs operibus, ut in sacro Decreto optime scriptum est. Tertiam et ultimam constituimus eorum, qui in mortalibq peccatis ex hac vita migraverunt, nullumqꝫ sibi penitentia presidium dum viverent reliquerunt, quorum animas ad inferos statim descendere, panis tamen dispariq plectendas sacrum innuit decretum. Caterum de primi ordinis statu, quia eor qui liberant classis est, quia et justorum fruitio esse dicitur, responsionem reperies in quarto Decreti capite de quo nos antea disputaturos esse polliciti sumus, peculiarem hac de re tractatum facturi, propterea multis verbis hic non est opus, quippe qui eo loco Deo adjuvante respondebimus.

Sectio. II.

Proximum ut hic de secunda, et Tertia classe disseramus: at de tertia nulla nobis est cura suscipienda, quoniam neqꝫ ecclesia neque Sancti aliquam de ijs qui ad eande pertinent classem fieri commemorationem permittunt, eosqꝫ omnino damnatos esse sentiunt, veluti desperatos, et absqꝫ penitentia hinc sublatos, de his enim non oportet nos esse sollicitos, neqꝫ laborare vel deprecari, vel sacrificia offerre, vel eleemosynas exhibere, vel alia quæ pro his qui fideliter obdormiverunt fervidisqꝫ cum lacrimis penitentiam egerunt constituta sunt, quoniam in desperatione, non autem in penitentia hinc demigraverunt. At veluti pro prima classe, quæ in paradiso cum Christo est, non opus pro eor peccatis totalendis sacrificia offerre, cum in hac Seculo satisfecerint, et nunc in deliciis inæstimabilium bonorum

versentur

versentur, sic negꝫ pro dimittendis peccatis eorum qui in cruciatibꝫ inferni degunt, licet sacrificare. At id nostri isti Theologi non concedunt, quippe qui nec sanctos in regno calorum esse volunt, nec in cruciatu peccatores. Nobis autem, etsi propositum non est de his hoc loco disserere, sed de purgatorio tantum, quod est tertium decreti caput: tamen ne videat deesse nobis respondendi facultas, etiam de his pauca quædam adjungemus. Animabus enim quæ hinc sine fructu pœnitentiæ decedunt, nulla post mortem utilitas accedit: Nam et Propheta
Psalmo. 6. id innuens dicebat: In inferno autem quis confitebitur Tibi. et rursus: non est pœnitentia post mortem. Sacer dicit Epiphanius, mortem appellans plenam injustæ damnationem, ut in exemplo divitis, qui in igne torqueri ostenditur, stillam aquæ petentis nec impetrantis. stillam videlicet pœnitentiæ postulantis, nec invenientis. Idꝫ merito, hyeme misericordiam non seminavit, venit æstas nec messem fecit: Hyemem hic intellige præsentem vitam peccatis implicitam, messem vero futuram, atꝫ operum retributionem. In hac enim hyeme pœnitentia reperitur, ibi æstas idest fruitio. Et alibi rursus propheta. Clausit Deus adversus eos inquit, apertum autem est eum qui in hac vita non pœnituerit impossibile esse illa transacta pœnitere. Nam dimisso conventu, et clausa thalami sponsalis janua, nec pœnitentia valet, nec lacryma prosunt. ut in parabola quinꝫ virginum ostenditur, cum ea dicerent, Domine Domine aperi nobis, respondit sponsus Christus, nescio vos. Egressa enim a corpore anima negꝫ flet, negꝫ potest pœnitere, naturæ sublatis instrumentis, per quæ pœnitentia monstratur, vigilare autem oportet, et ad exitum se comparare, quia in illa hora, in illo momento, in illo indivisibili tempore quo anima angitur exire de corpore, et vita præsenti: tremendum est enim tempus illud et certamen maximum, et mercatura non vili precio æstimanda: cavendum est, ne dum exit anima, in his humilibꝫ et temporarijs rebꝫ deprehendatur implicita. Nam si non idonea satisfactione adhibita, vera confessione et cordis contritione decesserit, sed vitæ tantum præsentem in memoria retinens, ædificas hos, thesaurum studio quæsitum, uxorem simul et liberos, nec his modum imponens, sed eo continue animo revolvens, et meditans, infernus quam primum abripiat eam, et tenebræ caliginosæ, et tortoribus
Gregorij Dialogi libro 4. dial. 44. traditur, atꝫ ignis eam comburat. Testificabitur hic Ecclesiæ præsul Gregorius Dialogꝫ in libro de animarum capite quo Petrꝫ eius Archidiaconus cum ipso sermonem habet. Inquisitioni meæ sufficienter jam videor satisfactum. Sed hoc est adhuc quod quæstione animum pulsat, quia cum superius dictum sit, esse jam sanctorum animas in cælo, testatur paulum dubio, ut iniquorum quoꝫ animæ nonnisi in inferno credant. Et quid hac de re veritas habeat ignoro: nam humana æstimatio non habet peccatorum animas ante judicium posse crutiari Augustinus. Si esse sanctorum animas in cælo sacri eloquij satisfactione credidisti, oportet ut per omnia esse credas, et iniquorum animas in inferno, quia ex retributione æterna justitiæ, ex qua justi jam gloriantur, necesse est per omnia, ut et injusti crucient: nam sicut electos beatitudo lætificat, ita credere necesse est, quod à die exitus sui ignis reprobos cruciet. Audis malorum seu peccatorum, et impœnitentium animas, a quo die hinc decesserint igne comburi, danum est igitur ijs qui contendendi vitio non laborant, quod veluti sanctos post obitum cælorum excipit regnum, sic et desperatos pro domicilio infernus manet. ubi plectuntur extremum diem expectantes, ut postea induti corporibus, æternas pœnas recipiant. Id etiam mecum testabitur Maximus ad cubicularium scribens, inquit enim
Maximi. Quis o dilecte nostrum qui peccatorum sordibus sit inquinatus Sanctorum angelorum inspectione non reformidet? a quibꝫ in exitu vita constitutus ex divino judicio per vim corpore pellitur cum

indignatione

indignatione, et invitus, quis maculatam suam sentiens conscientiam, saevum et immanem malorum demonum occursum non timeat, eorum unoquoque post obitum in aere ad se incessanter miseram trahente animam, sceleruma suorum convictus futuro[rum] bonorum miserabilem spei desperationem. Post subsecutum vero in aere cum spiritibus pravitatis judicium, et villicatum, descensus in infernum eum manet, et ibidem domicilium, et commoratio, ubi profunda tenebra et silentium perpetuum, nullo alio cibo ve alentes eo damnato animae, quam acribus gemitibus, suspiriis, et amarissimis lacrimis, et ob imminentia mala solo maerore, nil aliud expectantes quam eam quae justum judicium sequitur, justam retributionem. Hanc perpetuam tristitiam et dolorem creat illis resurrectionis expectatio, tremenda dies adventus Christi, horribilis exhibitio et praesentatio, et antea acta vita examen per quem hi qui ad dexteram Christi constituti sunt arcanorum bonor[um] promissionem recipient, illi ad sinistram locati ignem aeternum sortientur, ac tenebras exteriores, et vigilem vermem, et stridorem dentium, et dedecus sempiternum. Audis ex Sacro doctore hoc quod post peractum in aere cum spiritibus pravitatis judicium, et villicationem, descensus in infernum manet peccatores: quomodo his tremendis verbis fidem non adhibes? nam qui plecti peccatores non vult, neq[ue] Judam nunc puniri permittet, sed hoc nullatenus verum est, nec ullo unquam modo. Ecce liquido offensum est, quod qui impaenitentes decedunt, ad poenam rapiunt, expectantes, ut post induti corporibus in utroq[ue] plectantur simul, quae tempore perfecta proprie dicitur, et est sine fine punitio, non opus est igitur hac ulterius persequi, quippe cum satis de his dictum sit. Quodsi his adversarius non acquiescet, nec si multo plura adjunxeris acquiescet. Itaq[ue] de his dictum est sufficienter, nec oportet ulterius progredi, restat igitur ut pro 3tia classe, de qua nobis propositum est dicere, preces offerantur, et pia opera exhibeantur, nam qui in ea locati sunt, hi post mortem purgantur, eaq[ue] est animarum purgatio, quam nos demonstrare contendimus. In ea igit[ur] tremenda demigrationis hora, in qua anima separatur a corpore, et naturale vinculum sic Deo volente dissolvitur, anima quae in vera paenitentia reperta fuerint, cum liberationem a peccatis, quae scilicet corporibus induta perpetraverunt, fecerunt ut oportet, neq[ue] hujus saeculi quidqm omnino vel curaverint, vel cogitaverint, sed in universum eo tantummodo quo abitura sunt, totam mentem direxerint, praesentia omnia detrimenta putantes, ut solum eum quem desiderant sponsum lucrentur per paenitentiam, tremendoq[ue] judici in nubibus occurrant, hi maximum post mortem juvamen percipiunt: cum enim in paenitentia reperta fuerint, in paenitentia quoq[ue] judicantur, quemadm[odu]m ea quae in desperatione reperta fuerint animae condemnantur. Et haec comminationes sunt quas a judice audimus, Ubi invenero te, ibi et judicabo te.

Sectio. III.

Reliquum est in praesentia testimonia vos audire, quae antea pollicit[i] sumus. Primoq[ue] proferat antedictus divinus Joannes magnus orientis oculus, qui a Damasco illuxit. Is enim in ea oratione quam conscripsit de his qui in fide obdormierunt, cujus titulus est, qua ratione Damasc: in ea oratione quam conscripsit de his qui in fide obdormierunt, cujus titulus est, qua ratione sacrificia et bona opera quae pro ijs suscepta sunt ipsis opitulant cujus orationis initium est: Esca suaves: post alia haec etiam dicit. Quod Salvatoris discipuli, et divini apostoli, qui mysteriorum verbi participes, atq[ue] oculati testes fuere, qui mundi orbem dum viverent peragrarunt, in tremendis, intemeratis, et vivificantibus mysteriis commemorationem fieri de his qui fideles obdormiere sanxerant: quod etiam firmiter, et absq[ue] ulla controversia tenet a finibus, usq[ue] ad fines Christi Dei apostolica, et Catholica Ecclesia ab eo tempore in praesens, et usq[ue] in finem mundi non sine ratione, neq[ue] stulte, neq[ue] temere, nec forte sis fortuna id decernentes. nam nihil quod stultum esse ratione admisit Christianorum inveterans religio, et in saeculum inconcusse tenet, imo vero ut de utilia Deoq[ue] grata, et valde conducibilia ad salutem. Post hunc magnus in divinis, et sublimis Dionysius, et ipse in mystica de mortuis consideratione haec agit, non enim divina sacrorum Dionysii praeses, divina justificationis minister petijsset quae Deo praecipue non essent accepta, et quae se daturum divinitus

divinitus promisisset. Ideoq; profanis, idest ijs qui illuminati non sunt mortuis, hæc non precatur. Et rursus. Ergo divinus sacrorum proses, qua Deo grata sunt, petit, et qua omnino donanda est. Et iterum, cum divinam bonitatem precamur, peccata defuncto condonari petimq; quæ ob humanam imbecillitatem admissa sunt, in regionemq; viventium eum collocari, in sinu Abraham, Isaac, et Jacob, in quo loco abest mœror, tristitia, et gemitus: cum divina potentia ob suam bonitatem contemnat maculas ab imbecillitate humana provenientes. Quoniam nemo
Job 15. ut sacra litera docent, mundo à sordibo. Videsne qui contradicis, quo pacto confirmat, prodesse preces pro his susceptas, qui fideles mortui sunt? Gregorij deinde dialogq; cognomine, divinum
Gregorij Theologi eloquentiæ flumen, in funebri in fratrem Cæsarium sermone de matre sua. auditum est inquit mercedem dignum auribq; omnium, sepelio in funere omnem ejus substantiam pro eo donare quæ sancta et speciosa pollicitatione, omnis mœror ex animo ejus sublatus est. et paucis interjectis, quæ ad nos pertinebant talia sunt. Partim nam quæ tradidimus, partimq; trademq; annuos honores, et commemorationes adhibendo. Vides quomodo hoc magnum Ecclesiæ lumen affirmat. speciosas et sanctas oblationes appellando, quæ pro his quæ obdormierunt suscipiuntur, comprobatq; anniversarias commemorationes. Ubi est miserorum hominum nefaria synagoga? quæ de medio tollere conatur ea quæ doctores et Ecclesiæ lumina conscripserunt, multo labore et studio adhibito, a sanctis apostolis hæc colligendo. Sed prava Schismaticorum, quorundam stultorum levium, indoctorum, et obscurorum Synagoga, qui omnes nostras insulas confuderunt et perturbarunt, omitti debere commemorationes pro fidelibq; defunctis prædicant, nullamq; sanctorum memoriam ac sacrificia, conventusve sacros, et dies festos celebrari, aut cum pijs sacerdotibus fallere oportere: sed disjungi inutile, et tanquam a serpentum fauce refugere. Sed ad ipsorum dedecus, et computationem, ne et cognomine aureus Joannes accedat, paupertatis
Chrisostomi. amator, et pœnitentiæ dux, ac magister, qui in expositione sua divina ad Philipenses, et Salatas sic inquit. Si enim Græci una cum mortuis cremari quæ sua fuerunt, quanto magis fidelem oportet una cum fideli sua consociare. non ut ea quemadm ista in cinerem convertantur. sed ut majore gloria cumules illum. Et si fuerit peccator defunctus, ut eam solvas à peccatis. sin justq; ut additamentum fiat mercedis et retributionis: et in alio sermone. Iterum excogitemus inquit, quomodo mortuis prosimq; prestemus his auxilium quod valeamus. eleemosinas dic, et oblationes, quæ quidem res ipsis utilitatem, magnum lucrum et commodum affert: non enim temere et forteito hæc instituta sunt, et Dei Ecclesia a suis sapientissimis discipulis per manus tradita: ut Sacerdos in tremendis misterijs pro fidelibus mortuis preces effundat.
Hæc sumpta ex l. 8. c. 41. apost: const: nam bene ipsis cognitum est, magnum inde lucrum, et commodum comparari. Audis aureum animo et lingua divum Joannem, quod si impij me impijs faciunt, quanto magis nos fideles pro fidelibus efficere debemus? non ad perditionem hæc veluti illa. Sed ut majorem mortuo gloriam conciliemus, ac si peccator est, ejus peccata purgamus, et a vinculis solvimus, et è tenebris educimus, a luctu, et gemitu inferni redimimus. Si vero justus, non eum a vinculis solvimus, nec ejus peccata purgamus, sed gloriæ additamentum adhibemus, et illis magna commoda et utilitates afferimus. Ubi sunt qui animarum post mortem purgationem non inveniri dicunt? Ecce Chrisostomus dicit, nec potest ei contradici. Sed sapientissimus iterum ipsorum Episcopus, veluti cum his verbis decertans agit. Nihil inconsulto, aut absq; emolumento à Christi præconibus, et discipulis traditum est, sed res plena utilitatis est, Deoq; accepta, commemoratio videlicet quæ habetur in divino et admirabili sacrificio
Gregorij Nyseni pro his qui in fide obdormierunt: audis patrem hunc, quod nihil inconsulto, sed omne cum animadversione, et ex traditione SS. apostolor agit Ecclesia, quodq; in divinis officijs de fidelibq; mortuis commemorationem facere est admodum utile, ac Deo gratum: utut enim omnium salutem

animarum

animarum et bonorum, amator, dilector, et misericors deus. nam ut dicit propheta quod unicuiq; reddet secundum opera ejus, et metet quisq; quod seminavit, et que sequuntur de adventu omnino conditoris, de illo tremendo judicio dictum est, et de hujus mundi consummatione: quia tunc auxilij tempus preterijt, et omnis advocatio inutilis, nam dimisso conventu tollitur negotiationis commertium. Ubi tunc pauperes? ubi sacrificia? ubi psalmodie? ubi bona opera? idcirco ante illud tempus, mutuo nobis opitulemur, et Christo deo, fratrum, hominum, et animarum amatori, fraterna charitatis officia prestemus: nam libenter admodum recipit, cupitq; ut petamq amans nostri dominus. Is vero velut dator munificus exhibebit, que pro alterius salute postulantur: eoq; tempore plenissime flectitur, non solum quando quis de sua anima sollicitus est, verum etiam quando pro maxime anima omni studio laborat.

Sectio. IV.

Quid autem et historia que de Macario narratur ostendit? quando aridam Calvariam perrexatus est, an sit sensus mortuis? cum pro ijs oramus, nonne respondit avidum os magnum levamen et requiem sentire, quando pro ijs fit commemoratio. Preterea in vita Patrum una cum alijs multis et hoc inuenire, cum quidam ex his hominibus divinis, discipulum haberet negligentius viventem, et in extremo vita in eadem inertia deprehensum misericors, et animar amator Deus, multis cum lachrimis petente sene, tamen divitem illum de quo Lazari refert historia, cum ostendit qui in igne cervice tenus tenebatur. Sed cum is vehementius instaret, et cum lachrimis Deum obsecraret, usq; adcinctum rursq ostendit, deinde itenum preces precibus addenda, et impensius augendo, penitus liberum et abigne solutum per visionem seni monstravit, namq; propter negligentia peccatum plectebatur, idcirco id facile expiari potest. At quis ordine poterit harum rer testimonia recensere, que in Vitis Sanctorum continentur? divinas dico revelationes, que liquido comprobant mortuis admodum prodesse oblatas pro ijs preces, sacrificia, et elemosynas, nil enim deperit eorum que Deo mutuo dantur, sed magno cum fenore nobis retribuunt. nunc igitur est tempq auxilij prestandi, nunc etiam Sanctos nobiscum habemus, qui una legatione fungentur pro mortuis, ac pro ijs deprecantur: nam de futuro non dat legatio. quando conventus dimittet, et omnis subsidij spes tolletur. nunc tempq negociationis et commercij, tempq laboris et penitentie: et beatus qui emolliq non est, spe delinitq et precibus: beatior que prosit et proximo suo decertaverit. id enim magis oblectat misericordem Dominum, et letificat, festinare scilicet unumquemq; ad subsidium maximo ferendum, hoc namq; expedit misericors, et vult ut mutuo beneficia dum vivimus et post mortem prestemus. Ad hec per Sanctos Apostolos incruentum sacrificium pro mortuis nobis tradidit, tertias, et nonas et quadragesimas, anniversarias commemorationes et sacra que absq; controversia Catholica, et apostolica Ecclesia, ejusq; in Deo conregatus, et religiosissimus populus tenet inconcussa et firma. Solum Schismaticorum sectatores eorumq; nefarium conuiuium hec non recipiunt, idcirco ea rusticati sunt et detrectarunt ne conventus agerentur, nec preces pro defunctis offerentur, ac si omnis labor frustra ponitur ne post mortem insumeretur. At de his quidem satis. Quoniam oportet et aliarum rerum ad fidelium edificationem mentionem facere, in ignoriniam vero eorum qui non recipiunt animarum post mortem purgationem, et suffragia. Magnus igitur et vehemens Athanasius, in oratione elegantissima in eos qui obdormierunt hec inquit. Athanasij

Licet is qui religiose vita functus est, positus in celo fuerit, ne respuas cereos et oleum deum deprecando, ad illius sepulchrum accedere, quippe cum Deus hec recipiat quasi ex eo magna ex vita Patrum.

magna accedat retributio: quia oleum et cera est holocaustum, incruentum vero sacrificium propiciatio: benefacere pauperibus est additamentum omnis probe retributionis. Audis holocaustum et respirationem et quodcunq; aliud bonum pro defunctis salutare evadere adhibitis a nobis precibus: rursus aurea lingua, et aurea verba fundens Joannes. Nisi inquit ante providisti in vita ea quæ ad animam pertinent ordinare quamqm in exitu vitæ constitutus, jubet tamen heredibus tuis, ut tua ad te transmittant, et tibi opitulentur bonis operibus adhibitis: elemosynis dico et oblationibus, ut his tibi redemptionem concilies, nam is ea recipit, et utilia sunt. Intellexisti aurea verba quid sonent, quod si non ante providisti dum viveres Deo reconciliari, et per penitentiam satisfacere, et bonorum operum beneficio purgari, et celestis omnino evadere, quamquam in exitu vitæ constitutus, jube tuis, ut pro te sacrificia offerant, oblationes, et elemosynas, quæ tibi prodesse, nam ea Deo valde accepta sunt. Si ergo recipienda quæ pro mortuis offeruntur, ergo et utilia: quia nemo dicere audebit, inutile esse quod Deo acceptum est. Et idem
Chrisost: rursq. Scribe inquit in tuis tabulis, una cum liberis et cognatis coheredem etiam Dominum, connumeratur in testamento, judicis nomen, nec pauperes oblivioni tradas. nam ego pro his ero fidejussor. Sed quam vim habent hæc omnia? si subsidium post obitum animabq non remanet, ut vos arbitramini? quæ nam de causa hæc tradiderunt Sancti? num decepti sunt, at non ita licet insanire, ut id dicamus, imo valde prosunt. Deoq; grata et accepta sunt. Vult enim salvos omnes fieri, omniumq; salutem expetit, et omni ratione commode providet, quotidie excitat ab omni
Objectio. parte aliquos qui illis auxilium deferant; At quis ex adversarijs ea audiendo, ad hæc exultans et supercilium attollens dicet, hoc supposito, quod omnes expientur post mortem, omnes ergo salvabuntur, et nemo frustrabitur. Et si nemo Sanctus dum viveret extitit, ergo salvabitur
Solutio. post obitum beneficio ejus, quod purgatio appellatur. Recte id quidem, et utinam vere id dicere valeremus! hoc sitit, et exoptat hominum, animas, et bonor amator Deus, et in hoc se præcipue oblectat, et lætatur, ne quis muneribus suis frustretur. Num in mundum venit, ut cælestes salvaret, intelligentias? et ex semper virgine Deiq; genitrice Maria, incorruptibili carne suscepta, mortalis voluit esse, mortemq; gustare? num propter ipsas præmia, et coronas paravit? Num angelis dicit, Venite benedicti Patris mei, hæredes efficite cælestis regni quod pro vobis paratum est? neutiqm id, nullo pacto; nemo reperietur tam stultus ut id dicat, sed propter hominem fecit omnia, et idcirco vult omnes homines salvos fieri. Quis enim ex nobis est qui prandio instructo, et convocatis amicis, nolit omnes accedere? ac suis frui bonis? vel cur laborem susceperit tam magnifici apparatus nisi propter amicos? sed si non omnes vel aliquis tantum advenerit, vehementer hospes irascitur. Si hæc in nobis usu veniunt, multo magis in Deo optimo maximo, misericordia pleno divitiarumq; profuso datori, ac plentissimo, qui vult omnes salvos fieri, et sua divina frui lætitia, et voluptate, unusquisq; animadvertat quod non pro omnibq mortuis hæc fieri dicimus, ut sæpe dictum est, et nunc exactius dicimus, quod pro Sanctis non opq est, pro desperatis damnatis inutile, sequitur ut pro ijs qui non ante satisfecerint, ut omnibq evenit, qui conficienda virtute exiguam fermenti portionem obtinent, nec ante providerint ex ea panem conficere, volentes quidem sed non valentes id perficere, vel inertia, vel ignavia ducti, vel propter de die in dies procrastinationem, et præter spem de medio sublati: hos non oblivisc etur justus judex et Dominus. sed in eorum opem affines post mortem suscitabit, eorq; mentes diriget, et corda evahet, et animum inflectet, ut subsidium, et auxilium huic deferant, ac festinabunt Deo instigante et tangente corda eor et adimplebunt quæ a defunctis omissa sunt, ut multis usu venit.

Sectio. V.

Sectio. V.

Hujusce rei testis Trajanus Imperator, et imaginum oppugnator Theophilus, quorum alter beati Gregorij dialogi papa, alter divinor[um] et Sanctor[um] viror[um] et augusta servatq est Trajanq Theophil imperator
meritis. nunqm enim hi salutem fuissent consecuti, nisi et aliqua ejs virtq inesset, quam Dei justitia noluit intercidere, vel si non virtus, at saltim confessio. neq enim aut Sanctorum viror[um] preces, aut Augusta studium pro Theophilo valuissent, nisi prius ille suum peccatum esset confessus, sanctasq imagines colere et honorari, justum esse assensisset; quoniam is valde virtute illustris exhibit: sed cum in haresim delapsq esset Vide Zonaram.
eorum qui imagines oppugnabant, ut de eo conscripta docet historia, os ejus addm dilectum est, ita ut viscera conspicerentur. post cum ipsa re venerabilium imaginum adorationem Sanctam esse comprobasset, arreptam ex sinu cujusdam eor[um] qui aderant cum torque imaginem, reverenter osculabatur, paulosq post ad tribunal inde raptus est; pro quo cum assidue preces a Sanctis ejs viris, et a Regina effunderentq, ei venia data est. Nam Theophilum in somnis Regina conspexit vinctum tractumq ab innumerabili procedentium et subsequentium multitudine ante illum ferebantur diversa instrumentorum genera ad torquendum accomodata. Ipsaq sibi videbatur eos sequi, qui ad panam adducebant, quosq ad conspectum terribilis judicis pervenerunt, Theophilumq ante ipsum statuerunt: Provoluta igitur ad judicis illiq tremendi pedes, enixe pro eo multis cum lachrymis Augusta pro viro suo deprecabatq, ad quam terribilis ille judex dixit, Mulier magna est fides tua! propter te sacerdotumq meor[um] preces conjugi tuo do veniam: Tunc ministris suis dixit, solvite eum, uxoriq ejus tradite. Similiter et Sacer Patria omnium hereticorum, Theophiliq ipsius adnotatis et scriptis nominibq, hac eadem sub sacra mensa collocavit; eademq nocte qua Regina visionem aspexit, vidit et ipse divinum angelum magnum templum ingredientem, qui dixit, Episcope exaudita sunt preces tua, et veniam Theophilus impetravit. somno ergo expergefactus ad sacram mensam devenit, ibiq cum legeret paulo ante per se conscriptum libellum, invenit s: o Dei judicia! Theophili nomen abolitum. Ex hac igitur loco propositum de purgatorio drama aperte convincitur. Nam si Sanctus extitisset vinctus veluti damnatus non incessisset, si vero penitq desperatus, et penitentia fructu orbatus, veniam non esset consecutus. Itaque media classis cum esset, et penitentia beneficio sibi presidium comparasset, divinorum et Sanctorum virorum precibus auxilium impetravit: pro desperatis enim si totum mundum tradideris, ut sepe dictum est, in casum laborabis. Hujq rei testis ante dictus Sacer Joannes Damascenus in oratione antea commemorata ubi dicit. Qui vitam flecticrem Damascen:
gitiose traducit, et sentibus semper involutam, et sordium aditate respersam, nec suam unquam conscientiam introspexit, sed intrepide simul nullo habito discrimine voluptatum, sordidationibus contaminaverit, omnibq cupiditatibq carnis obsequendo, omnino anima cura despecta, nihilq aliud quam carneum sentiens, in ijsq cogitationibq deprehensus e vita discesserit, huic nemo manum porrexerit, sed ita secum agetur, ut nec ab uxore vel liberis, fratribq cognatis vel amicis ei subveniri possit, quod tum in mensura Deus non habeat. Vides quomodo Sanctus hic vir dixit, quod qui pro his deprecatur insanit, veluti extra Dei mensuram collocatis. De his scriptum est, non est in inferno penitentia, et reliqua: de media classe, id est de his qui sub penitentia moriuntur esse sollicitos, lucrosa res est admdm, et plane fructuosa. Nolimus igitur viris ansam et pretextum prebere elemosynas exhibendi, sed potius obitum reservare: quippe cum absurdum id et profanum, et à divina lege alienum, sed prorsus sanctissima res Deo grata, et in totum acceptabilis omnem hominem Religiosum, Christiq amantem esse, seq ipsum multipliciq ac bonis operibq purgare, et ab omni impuritate abstinere.

abstinere, Dei speciosis preceptis obsecundando, ut cum ad exitum vitæ devenerit cum fiducia Domino dicat, paratum est cor meum, ubiq; jucunde bonis angelis instigatoribq occurret. At hoc quidem pauci faciunt et ming sæpe secundum verbum Domini, quia pauci inquit salvant. Id pro comperto habentes, arduum esse multos ex primo ordine reperiri, necessariosq secundum inducing ordinem apostolorum et Patrum vestigijs insistentes, quoniam defuncti Dei bonitate juvantur, et charitas fraterna augetur, et resurrectionis spes stabilitur, et ad Sacras ædes concursq ardentiq augetur, et erga pauperes beneficentia magis extendit. Vide quodupliciter hæc res proficua est et utilis, et modis occasio reconciliationis inter omnes oboritur: hoc qui nolunt neq; amplectuntur, ecclesiasticum ordinem tollunt, et mortuor sacrificia abdicant, et impediunt, quæ non in cassum a doctoribus excogitata sunt, sed absit ut hoc unquam fidelium quis credat, vel omnino recipiat. Sed hoc admodum utile existimantes, ne cessemus ungm fratres pro mortuis commemorationem facere, nam ij magnum levamen et subsidium sentiunt ex orationibq, precibq, elemosinis, alijsque pijs operibq, quæ nobis opem ferentibq præstantur. De hoc igit Sacri Apostoli in suis
lib. 8. constitut. 41. constitutionibq præcipiunt; ubi scriptum est. Celebrentur tertiæ mortuor in psalmis, lectionibq, et orationibq, propter eum qui tertia die resurrexit, et nona in commemorationem
Exodi. 34. superstitum, et defunctor, et quadragesima secundum veterem formam. Moysen enim ita populq flevit: et anniversaria pro eor memoria, et tradat de eor facultatibq aliquid pauperibq in commemorationem eorum, hæc de pijs dicimq. Nam de impijs si totum orbem tradideris, nihil proderit: cui enim viventi Deus fuit adversq, apertum est, futurum ei etiam adversum esse mortuo: quippe cum non sit iniquitas apud Deum. Nam justus est dominus, et justitias dilexit, et ecce homo, et opus ejus, et tu retribues unicuiq, secundum opera sua. Audis de sacris Apostolis, qua ratione pro mortuis fidelibq sacrificia et preces sanciunt adhiberi! id est quod sæpe diximus, quod pro puro, et contrito corde hac vita pœnitentibq; sed non secundum præscriptas leges id perficere valentibq mortuis deprecamur. Pro his Deum placare conamur, et invocamus, precamurq; aliquid unde ipsis allevatio, et utilitas accedat. Hoc q; est quod in decreto ejus Ecclesia purgatorium vocat, in quo post obitum purgant animæ, orationibus precibq, a viris fidelibq pro eor semper subsidijs susceptis. Nam ut id in gratiam sanctor vel improborum fiat, nemo sanæ mentis affirmabit. Sed nec pro Christianis impœnitentibq, idem enim peccatoribq, et impœnitentibq Christianis continget, quod ejs veniet, qui verum Deum
Lucæ. 12. Christum non cognoverunt, ijsq; etiam multo deterius quam illis. Qui non cognovit dicit Evangelium voluntatem domini sui, et non preparavit, et non fecit secundum voluntatem ejus. vapulabit multis. Pro his si verba SS: apostolor audisti, dicta sunt, cum dicunt, hæc de pijs dicimus, idest de pœnitentibus, pro impijs vero si totum mundum tradideris, nihil profeceris. Hoc idem asserit etiam lingua aurea Joannes. Nemo inquit hinc ex digrediens, nisi sua solverit peccata, quin rationem gestorum reddat, valebit effugere. Sed quemadm de carcere hoc catenati ad tribunal rei dicuntur, sic et anima omnes si hinc impœnitentes decesserint variis circumdata vinculis peccator, et ad tremendum judicium rapiuntur. Aspicis et hic quomodo hinc imparata decedentes anima post mortem auxilium suscipere non possunt, sed eo modo quo exeunt cum peccatorum oneribq ad tremendum tribunal trahuntur, sed qua pœnitentiam subierint et fervidis cum lachrimis Deum placaverint, adhibitis pro ijs Sacrificijs, et expiationibus valde juvantur.

Sectio. VI.

Sectio. VI.

Non ſ: inquit nonnorum sectarium assecla emolumenti aliquid vel subsidij -objectio
mortuis accedit. Idcirco eorum commemorationes otiosas reliquerunt, Si vero
aliquid accedat, id divina misericordia inquiunt permittamus. At nos illis
respondebimus, quid significare quadragesimas volunt, et per singula Sabba-
tha commemorationes, oblationes, anniversaria monumenta et sacrificia mortuorum
quanam de causa? pro quibus? curſiunt? Si pro sanctis dixeris falsus est sermo, manifesta Gregorij
est et parata confutatio. Gregorius dialogus in dialogorum libro ad Petrum agit. Et tamen l.4.c.55.
luce clarius constat, quia perfectorum anima mox ut hujus carnis claustra exeunt, in
celestis regni sedibus recipiunt. Si igitur in Celestium sedibus, et una cum Christo sunt,
pro ijs non opus est oblationes vel placentas, et pro peccatis sacrificia offerre Deo. Si vero pro
ijs non opus est oblationes vel placentas, et pro peccatis sacrificia offerre Deo. Si vero pro
ijs qui in inferno detinent, dixeris, nec id verum est, imo nec tu ipse dices nisi penitus insanieris,
si vero non, et dives dum in igne torret, stillam aqua obtinuisset: at hoc nequaquam est. quamobrem
invitus, et nolens pro mediis idfieri confiteberis. At pro quibus? pro fidelibus, pro penitentibus pro
quibus jam sepe diximus. Qua nam de causa et rursus ut Deum in eorum gratiam places, et quod
illi dum viverent prestare non potuerunt, tu pro illis adimpleas. Non, inquit adversarius, non Objectio.
propter hoc sed in gratiam Sacerdotum id institutum est, ut et ipsi presidia vitæ sibi com-
parent, oblationes, et elemosynas accipiendo. O insaniam, o stolidi tatem! vel magis pprie dicam
o impudentiam et blasfemiam, Dei sponsa immaculata, omnibus reprehensione superior Ecclesia
misericordis et veri Dei predicat errores. Mutata fiant dolosa labia quæ adversus Dei loquuntur
Ecclesiam. Non enim ut inde sibi victum pararent sacerdotes, id Ecclesia constituit: nam id cor-
gitatu solum impium, ac penitus stultum est, sed in utilitatem mortuorum sancitum est, ut
sæpe diximus, nec pluribus verbis est opus, si unum vel alterum testimonium addidero, quæ
ultimo loco reservavi. Deinde vestris objectionibus respondebimus, et orationi finem impo- Greg: l.4.c.55
nemus. Gregorius dialogus Ecclesiæ Dei preces, cujus antea sæpius mentionem, in oratione et libro
dialogorum predicto sic agit. A te peto beatissime pater quisnam esse potuerit quod mortuorum valeat
animabus prodesse? Resp: Si culpa post mortem insolubiles non sunt, multum potuerit salutaris
Sacrificij oblatio animas adjuvare. Audis quod anima post mortem adjuvantur. Oportet igitur scire
de quibus intelligat. De sanctis? nemo mentis compos dicere dubebit, at neque de desperatis.
Sequitur ut ijs qui penitentes moriuntur, hæ purgationes et auxilia prosint. Non enim sola con-
fessio et penitentia sufficit, ut ipsum in regna celorum perducat, quemadmodum indocte quidam
et insensati sæpenumero nobis objiciunt: sed necesse est ante satisfacere de peccatis opere simul,
et omissione commissis. Penitentia namque, fervidæque confessio, occasio est inveniendæ viæ salutis. Si
vero proventus ex hac vita et sæculo decesserit, ab æterna damnatione redimitur, quam sub-
jisset, si eum non penituisset. At deliciæ et lætitia paradisi non fiet hoves, nisi sufficienter se- Sapiens 3.
ipsum purgaverit, et dignum se istius hereditatis ostenderit. Unde animarum bonique amator
Dominus Deus de omnium salute sollicitus, et omnes salvos fieri cupiens, ei quem toto corde suorum
criminum penituerit, si satisfacere præventa morte nequiverit, penam purgationis tribuit, ut
temporario et purgatorio igne purgatus, a sempiterno et sine fine igne liberetur. Nec ut a damnati-
one tantum liberetur, sed et celestis habitationis capax evadat, secundum oraculum tanquam aurum
in fornace. Probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos. Exemplum purgationis Greg: papæ
hujus tradit idem Gregorius in eodem loco ad Petrum, eundem sequendo sermonem, dicit enim. Unde lib.IV dialo.
hanc utilitatem nonnunquam ipse defunctorum anima expetere videtur, quemadmodum predictus Felix Epis- cap: 29.
copus a quodam vita venerabilis presbytero se cognovisse asserit, qui presbyter usque ante biennium
vixit, et in diœcesi Centumcellensis urbis habitabat, atque Ecclesiæ beati Joannis quæ in loco Tau-
rinensi dicto sita est præerat. Idem igitur presbyter in eodem loco in quo calidæ aquæ sunt, quotiens necessitas

Corporis

Corporis exigebat lavare consveverat, die vero quadam cum eo fuisset ingressus, invenit quem ignotum virum ad suum obsequium preparatum, qui sibi de pedibus calceamenta extraheret, vestimenta susciperet, et exeunti de thermis sabana præberet, et omne ministerium cum magno famulatu perageret. Cumq; hoc sepiùs fieret, die quadam idem presbyter ad balnea iturus intra semet ipsum cogitans, dixit viro illi, qui mihi solet tam sincere ad lavandum obsequi, ingratus apparere non debeo, sed aliquid mihi necesse est ei pro munere portare. Duabus ergo oblationibus sumptis profectus est, qui mox ut pervenit ad locum hominem invenit, atq; ex more ejus obsequio in omnibus usus est, lavit itaq;, et cum jam vestitus voluisset egredi, quas secum oblationes ferebat, obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens ut charitatis gratia susciperet eas. Ille autem merens afflictusq; respondit. Mihi ista quare das pater? iste panis sanctus est, ego eum manducare non possum. Ego etenim quem vides, hujus loci Dominus aliquando fui, sed culpis meis hic post mortem condemnatus sum: Si autem mihi quid prestare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, et pro peccatis meis deprecare. Et tunc exauditum te esse cognosce, cum huc ad lavandum venieris, et me non invenieris, et me non inveneris, et his dictis disparuit, et is qui homo esse videbatur, evanescendo innotuit, quia spiritus fuit. Jam vero presbyter hebdomadam continuam se pro eo cum lachrymis afflixit, salutarem hostiam quotidie Deo offerens, et reversus postea ad balneum, ibi eum jam in posterum non invenit.

Sectio VII.

Ex his igitur verbis ostenditur quantum animabus conducat sacra hostia oblatio, quando eam spiritus defunctorum a viventibus petunt, signisq; significant quod per eam a peccatis redimuntur; Ubi nam est vitium insensatorum et misere senescentium legislatio? qui nolunt pro mortuis offerre sacrificia; sed his qui in vinculis detinent, non autem sacerdotibus exhibere. Quando defuncti spiritus nulla pro detentis in carcere sollicitudine distinebantur ut eis elemosina fierent, sed ut sacrificium offerret Deo a sacerdote flendo petebat, honestum enim est, et deo acceptum opus, elemosynas etiam in eos erogare, et alijs pijs operibus studere, nemo est tam stultus qui huic rei adversetur. Sed omnibus antecellit missa sacrificium quod pro defunctis offertur Deo. Hæc et alia his similia memoratu digna exempla in eadem narratione beatus hic pater et magister adjungit dum exponit animas post mortem purgationem qua propter explicitatem hic loci non exponunt, sed eo lectorem remittimus, ac si quis sedulo librum perlustraverit, ab omni contentionis studio se vindicaturum confido. Nam anima qua ex hoc mundo minus in satisfactione perfecta discedunt penis et igni destinantur, non combustivo sed purganti, nec sempiterno sed temporario, ut in ea temporaria pœna et igne illo a suis criminibus purgent quorum in hoc seculo integram satisfactionem persolvere non potuerunt: prosunt autem ipsis ut à lachrymis et gemitu inferni liberent, tempusq; abbrevient quod ibi manere debuerant secundum mensuram peccatorum, sacrificia et alia bona piaq; opera quæ pro ipsis suscipiunt secundum divinum et sacrum decretum. ac veluti si quis per menses sex aut annum ad carcerem damnaretur, potest judex necessarios precibus permotus tempus contrahere de carcere educere, et libertatem abeundi concedere, sic et anima quorundam ob propriam damnate negligentiam, sacerdotum precibus et cognatorum pijs operibus a penis redimunt, easq; regni celestis participes facit clemens bonus amator Deus. Hoc idem et Beatus Joannes Damascenus, tanquam ex mortua persona canit orans. Damascen:

Imago sum, dicens, ineffabilis gloriæ Tuæ, etsi stigmata fero peccatorum, miserere Tuæ Creaturæ domine, et pro tua miseratione emunda, et exoptatam mihi patriam concede, paradisi civem me rursus constituendo. Similiter et

ad

ad invitatorium sabbathi ad matutinum, secundi toni ad septimum cantum canonis mortuor tertio versiculo dicit. Magna et immensa misericordia abyssq infinita dilectionis tue, peccatorum remissionem ejs qui ad te transierunt tribue, et ob tuam gratiã mundatos eos ostende. Nostri illud pro tua misericordia emunda, et illud mundatos eos ostende. Quamobrem mortuus exclamat? nonne ut eo igne purgationis purgetur? et nos rursq cur pro mortuis deprecamur? sane ut eos purgatos in die retributionis ostendat. Id mutuatus a Beato Paulo doctor agit, unius cujusq opus quale sit, ignis probabit, quia in igne revelabitur cujus opq manserit quod superedificavit mercedem accipiet. Possumus et nos secundum opinionem nostram hoc verba sic intelligere, etsi alij aliter exposuerunt. quod cujq opus manserit, idest intactum ab igne, quia hinc lumen accepit, mercedem accipiet. Idq est justor opus, transibunt enim justi per ignem illum, et nemo contradicet ut aureus Joannes testatur in quarta homilia in Mathæi Evangelium. Nam sancti inquit per fluvij hujq ignem incedent, nec molestiam ullam suscipient, imo vero hilares conspiciuntur. Quomodo enim quidam patientur mali, si hic perfecte mundati fuerint? cujus vero opq arserit detrimentum patietur. Idest qui habet levia, nulliq ponderis peccata, comburentur ea velut fenum et stipula, quoniam ea facile absumit ignis. Nam id innuens beato Paulo ajebat: qui superædificaverit super fundamentum hoc ligna, fenum stipulam, quasi diceret, qui ex hoc mundo decesserit habens peccata venia digna, quasi stipulam, fenum et lignum, facile ignis assumet, et detrimentum patietur, idest ad tempq plectetur opere combusto quasi digno ut abolleatur, et deleatq, ipse vero salvabitq, sic tamen tanqm per ignem, quod si et hoc modo dixeris, non multum aberraveris; quod cujq opus fuerit, idest qui hinc migraverit peccatis mortalibq detentus, manebit opq tanqm grave instar ferri, vel lapidis, qua quidem non facile absumit ignis. Hoc, operis sui mercedem recipiet, sempiternam damnationem, cujus vero opus comburetur, ipse salvabitur, quasi per ignem, ut aurum si cui fuerit admistum, materia ab ipsius aliena natura, adulterinum evadit, ac de suo splendore diminutum inutile redditur, at si probatum igne fuerit, vitium illud assumitur, et abolitioni traditur, aurum vero pristinum nitorem recipit: sic et anima per ignem purgationis elutis sordibus propter quas ex negligentia et inertia sordescebat, rursq ad priorem splendorem et nobilitatem revertitur. Hanc meam sententiam confirmabit calixq demissq et sacer Basilius in expositione beati Isaiæ Prophetæ, super ea verba. Quod si abluerit Dnus sordes filiarum sion, et sanguinem laverit Hierusalem, de medio ejus in spiritu judicij et ardoris. Hæc verba aperte idem dicunt cum Joanne, quando dicit de domino: ille vos baptizabit in spiritu sancto et igne. Ego vos Baptizo in aqua ad pœnitentia. Cum igitur utrumq Dominus conjunxerit, scilicet quod ex aqua est ad pœnitentiam et ex Spiritu ad regenerationem ac verba utrumq baptisma significent, nequaquam sunt tres significationes baptismatis, sordium purgatio, spiritq Regeneratio, et ea quæ fit in igne segregationis probatio. Quapropter lavare pro peccati depositione quæ in hoc mundo fit sumitur. Illud vero, spiritu judicij, et spiritu ardoris, pro ea quæ in futuro seculo fit probatione per ignem accipitur. Egent autem commissa per ignorantiam peccata, quasi sordes quædam animæ nitorem labefactantes, et naturalem ejus pulchritudinem deturpantes lotionis purgatione; peccata vero ad mortem eor qui sponte delinquunt, et id cognoscunt sanguinis appellantur, egentq judicio ardoris. Sed quia qui

confitetur

Ejusd.

ad Corint 1.3.

Chrisost.

Ex Basilio sup. Ejam.

confiletur, lavari vult et purgari, et iniquitatem loctione dicit indigere, et peccatum purgatione, dicens, amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me. Qui divinarum doctrinaꝝ penitus sunt expertes, et ante verbi cognitionem deliquerunt tanquam sordibꝰ commaculati, egent eā qua per aquam fit purgatione. Qui vero post acceptam vitam sibi ipsis insidias struunt, sanguinis rei, ea que per ignem fit purgatione indigent. Possimus etiam simplicius interpretari, quod ea peccata que velut in superficie sunt et intꝰ non latent, sordibꝰ quodammodo sunt similia profunda et interiora ex pravo habitu delinquentium commissa sanguini comparantur. Idcirco ex medio peccatorum per spiritus ustionem purgari dicitur sanguis. Prophela. Et comburetur sicut ignis iniquitas. Basilius. Habet comminatio quandam beneficij speciem, quia comburetur sicut ignis iniquitas. Nam parato ex parte iniquitatis materiam, aboleri pro hominum beneficio a bonitate Domini constitutum est. Prophetha: Et sicut gramen aridum devorabitur ab igne, et comburetur in densitate sylva. Basilius. Quomodo demergitur in terrenis affectibus animaꝫ Sicuti gramen affectꝰ anima serpunt ex carnis appetitu pullulantes mutuo se generantes et alios de alijs producentes. Nam veluti gramen supra modum inter herbas geniculatum est, nec unqm ejus generatio desinit, sed semper prima generationis finis fit sequentis principium, talis est et peccatoꝝ natura, ipsa se ipsam suscipit. Gignit libido libidinem, consuetudo mentiendi fit mendacij mater, et qui in furtis medizandis versatur, facile injuriam audet interre. Peccandi enim occasio fit precedens peccatum. Si igitur per confessionem peccatum aperuerimus, siccum id gramen redding ut a purgatorio igne devorari mereatur, id autem in densitate sylva comburꝛtur. Et paulo post: Si non evaserit ut gramen aridum nostrum peccatum, ab igne non devora-
Luca. 12. bitur, nec comburetur. Et iterum: Propter furorem ira domini, combusta est omnis terra. Ostendit terrena pro anima beneficio igni traditi punitionis, sicuti Dominus subostendit dicens: Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut accendatur, Prophetꝰ. Et erit populꝰ sicut ab igne combustꝰ. Basilius. Non interitum minatur, sed purgationem subostendit, secundum apostoli dictum, quod si cujus opus comburetur, damnum patiꝰ ipse vero salvabitur, sic tamen tanqm per ignem. Audis magnum patrem hunc quomodo eluit et deponit hic malitia, in furto vero probat et purgatur ab igne: et quod pro anima beneficio a bonitate Domini punitionis ignis ille est constitutus: et quod peccati parata materia aboletur, ac veluti gramen aridum comburiꝰ si per confessionem denudet, a purgatorio igne non devoratur. Et quod iterum non minatur sed purgationem subostendit. Dum hec dicit beatus hic, apostolica verba adducit, ipse vero salvabitur, sic tamen quasi per ignem. Nam salvabitur salutem ostendit, ut verbum ipsum sonat non perditionem et quidam volunt.

Sectio. VIII.

Si igitur que antea dicta sunt omnia et magni Basilij verba falsa sunt, etiam quod a latinis vocatur purgatorium falsum est. Quodsi vera sunt sicuti sunt, bene Sacrum Decretum dicit, et vere, laudabiliter latini sentiunt, et recte, jureꝫ et absꝫ culpa de Dei Ecclesia nos aggregaverimꝰ, boniꝫ viri et religiosi munere fungimur, unionem et conjunctionem pacis et concordie servando. Fuit in animo alia etiam testimonia et dicta sanctoꝝ huic argumento adjungere, sed qui ijs fidem non adhibuerit, negꝫ alijs adhibebit, etiamsi multo plura quis addiderit, idcirco satis esse que supra exposita sunt arbitramur.

ad discretos

ad discretos et discendi cupidos homines conuentes sermonem qui et suadeꝫ expetunt salutem, verumq; quo ad possibile sit, et intelligunt, breuiter, et amplectunt libenter. non liti-
gandi et contendendi studio quicquid occurrerit adducentes. Sicuti ij faciunt qui veritatem
incessanter, et impudenter ob animi pravitatem et mentis hebetudinem abjciunt, et hac quibꝫ
hactenꝫ, nunc ad ea quæ contendentes nobis objcitis orationem, et verba conveniemq. Dicunt enim objectio
qui his adversantur. Primum quod homini sufficit in extremo peregrinationis suæ die peni- anima.
tentia cum lachrymis, et fervens confessio ad salutem, et celeste regnum obtinendum. latronis
cujusdam exemplum nobis objcientes qui nocte una compunctꝫ expiravit statim, cumq; angeli
advenissent nihilq; aliud quam paulo ante effusas lachrymas reperissent, damonibꝫ reda-
mantibꝫ in eo nihil boni inveniri, Sanctos angelos mantile lachrymas madefactum in tru-
tinam posuisse ajunt, itaq; damones Dei misericordia confudisse; Meretricis etiam exem-
plum inducunt, atq; alia his similia, non percipientes homines quod hoc pro nobis faciunt
nosq; sic respondemus. Effusas lachrymas cum salvasse ac à sempiterno vindicasse damna-
tione quam procul dubio subiisset, nisi pœnitentiam illam et lachrymas offendisset, sed cœ-
leste Regnum nunqm impetrasset, nisi purgatorij ignis eo dignum effecisset. hi sunt qui
in purgatorio purgant, qui ferventem pœnitentiam commonstrant, et contrito corde ex
hoc mundo discedunt, quia non est acceptio personaꝝ apud Deum. Necesse igit est ei qui
Deum videre cupit, ut animam suam in antiquam pulchritudinem restituat, quam ante
inobedientiam et damnationem in paradiso Adamq obtinuit, et propterea ibi eum collocа-
vit cum esset sine peccato: sed cum offendisset et peccasset, inde expulsus est. Qui volunt
igitur paradisum incolere, ita purgent, ut in jis nec macula nec liver reperiatꝫ. Non enim
sola sufficit pœnitentia, nam si sufficeret nunqm viventes formulis uterent, quæ post peracta
confessionem sunt instituta. ac veluti a Spiritualibꝫ patribꝫ pœna assignant ijs, qui in vita con-
fessionem adhibent, ut maculis quibꝫ anima eorꝫ sunt respersa, mundent. sic et ijs, qui
in vita fine constituti pœnituerint, et fervidis cum lachrimis confessionem peregerint, et
statim decesserint, pœna assignatꝫ purgatorij ignis, ubi affligitꝫ et maceratꝫ anima, cum in
memoriam revocat amissum tempꝫ dum in peccatis versaretꝫ. Sed tempꝫ abbreviant et
à cruciatu liberant preces, oblationes, et orationes, ut sæpe dictum est, qui non credit ex me
audiat illud quomodo voce psallit, a lachrymis et gemitu inferni servum tuum Salvator
libera. Sancti nunqm negꝫ gemunt, negꝫ flent, sed negꝫ in inferno ullo modo sunt, desperati
et impij quidem flent, et plectuntꝫ in inferno, sed de ijs commemorationem facere non
est opus, cum frustra sit, ut pluries a nobis expositum est: consequens est ut ij sint quos
dicimq in pœnitentia decessisse, et non satisfeciſe: quos in inferno una cum impijs et de-
speratis esse negamq, in obscuro et caliginoso damnationis loco, negꝫ vero eosꝫ aut inu-
tiliter gemere, aut in incassum flere concedimus, sed in medio scilicet purgationis loco,
ubi deorsum, et doloribꝫ excruciantꝫ et gemunt, quod sua sponte bonis fuerint privati
quodq; post dissolutam corporis compagem non ea statim sint assecuti, pro quibꝫ à tene-
bris redimi deprecamur, et à tristibꝫ quibꝫ detinentꝫ vinculis liberari, et de custodia edu-
ci, et cum Malachia prophetæ canimq quando dicit, quasi ignis in fornace et quasi herba Malachiæ 3. S. Paulo aliter.
fullonum purgabit et mundabit Deus quosdam. At ille æternus ignis inferni, neminem mun-
dat negꝫ lavat. Si ergo Sancti lotione vel mundatione non egentꝫ: sunt enim labis experteſ
sed negꝫ qui in inferno degunt, impij et impœnitentes eluentꝫ, vel mundabuntꝫ unqm, nam des-
perati sunt. Qui ergo sunt quos lavabit, et mundabit Deus secundum prophetam? at ij sunt
quos medios nominamq. Alioqui si peccatores in extremo vitæ constituti, sola confessione ve-
niam impetrent, super vacanea sunt omnia quæ fieri sanxit Ecclesia. Secundam adversq nos Objectio 2da.
objectionem adducunt. Quando si ei qui obdormierit opitulari opꝫ est. Etsi omnino datꝫ subsidium
habentibꝫ qui auxilientꝫ, dabitur. At pro non habentibꝫ quis deprecabitꝫ et hanc quam primum

dissolvemq

dissolvemus, quippe cum hi quoq; binos habeant adjutores, hic Ecclesiam, et ibi purgatorium ignem, quod in panitentiæ subsidium comparatum est. Rursq dementes estis. neq; percipitis Ecclesiam Dei semper orare pro mortuis, et singulis Sabbathis pro animabq dantum facere commemorationem. Præterea bis in anno pro defunctor memoria celebrad festum, in Sabbatho dico quod carnisprivium præcedit et ante Pentecosten. Hoc eo fit ut simul omnes comprehendant, et eos qui cognatos, qui curam de ijs susciperint, pariter et qui non habent ut ipsi cum omnibq in commune hujq subsidij participes efficiant. Tertiam postea et urgentiorem nobis afferunt admodũ exultantes et supercilium attollentes, esto dicentes purgentur nunc anima quousq; universalis adveniat resurrectio: sit tempq in quo cruciatus gemitus, et lachrymas in inferno perpetiant, sicuti vos asseritis, peracta purgatione regni cælestis compotes fiant, sed in commutationis die secundum beatum Paulum et qui tunc vivunt aderunt, qui ante mortuos non resurgent, quia in ictu oculi et in momento vivi commutabunt, et mortui resurgent: quomodo tempq remanet in ictu Oculi aggrediendi, et laborem insumendi? ubi Sacrificia, elemosyna et reliqua propter angustiam temporis in quo certamen peragit, et corona tradunt, et unusquisq; recipit secundq opera sua. Quid ad hæc respondebitis vos qui Florentinam Synodum amplectimini, et strenue ipsam prædicatis? qui tempora assignatis ijs qui purgant in tristi et tenebroso loco illa, quid adversq hæc asseretis? huic rei adhibita lenitate animi aures quaso accommodate. Quia justa est Dñus, et justitias amat, et semper est de anima Salute sollicitq. Qui nunc in vera panitentia decedunt, eos ut sæpe dictum est, transmittit ad purgatorium, unicuique tempq in quo purgetur assignans, secundum commissi proportionem. Cæteris eo tempore multipliciter, et multifariam salutem parabit. Primum quidem panam incomprehensibilem tradit, antichristi scilicet tentationem, qui secundum scripturas vexationem magnam exhibebit etiam electis servis Dei. patientia vero illor salvabit eos. secundum verbum domini quod qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit, et qui vita finem sortient. alio modo salvabit illos, acerbiorem illis quam purgatorij ignis assignans panam, uno tantum momento temporis quam si anni centum intercederent. exempli gratia, Magistratq pro uno et eoq crimine duos comprehendet, quorum alterum annum unum damnabit ad carcerem et liberabit, alterum alia pœna vinculis graviore ut una hora cruciatus supplicior decem experiatur, et liberabit. Quis ex duobq dic mihi acerbiorem pependit panam? qui per annum sit commoratus in vinculis, an qui per breve spatium temporis tortus fuerit? apertum est quod iste: sic et in illa hora et uno ictu oculi potentiar Dominus, qui omnia potest. et hoc efficere potest, acrem assignando panam in indivisibili tempore tunc ijs qui deprehensi fuerint in panitentia et purgatione, nec satisfactione uti potuerint, alioqui Judex id potest efficere, potentiarum Dominus non potest? Sed hæc jam satis a me exposita sunt, et recte ut arbitror, non contendendi studio, demonstrando hoc conscripsimus, sed quo ad ejus fieri potest, veritati patrocinari cupiendo. Sed qui his fidem non adhibebit, neq; si quis a mortuis resurgat, persuadebit unquam. Tu autem orthodoxe quantum satis est, habes tertij capitis demonstrationes, et testimonia quæ a sacris scripturis Theologorum, et Ecclesia doctoribus

3tia objectio

Matthæi 10. et. 24.

Colligentes, pro viribi exposuimus, ex quibus liquido comprobavimus animas post mortem magnum capere emolumentum: in his mane, in his esto, quippe cum aliter esse non possit, quam Ecclesiæ luminaria docent. Finis tertij capitis.

Demonstratio

Demonstratio 4ti Capitis in Decreto Synodi contenti

De fruitione Sanctorum.

Sectio. I.

Hoc est quartum Decreti Caput, quod ut periculosum criminantur, et ab orthodoxa fide alienum, videlicet quod Sancti sint in gloria Dei, et lætentur visione ejus, ac quatenq; anima perfecte participes sint ejus divinæ fruitionis. Sed quidam recipiunt ex numero inquam Schismaticorum, Schismaticos enim illos appello qui sacram non sequuntur Synodum, quidam vero negant. Cæterum adversq; eos qui confitentur, non est disputationi locq; sed adversq; dubitantes, vel contrarium sentientes, necesse est nobis omni conatu disserere, et strenue respondere, ut etiam hoc una cum alijs stabiliatq; et ijs qui discrimen hujq rei percipere volunt veritas innotescatq; quâ cognitâ schismatiorum insaniam perspiciant, quodq; sine ulla morsq ratione Synodo adversantur, et Sanctis qui apertissime hanc sententiam in libris suis Theologicis comprobant. Servata igitur ea quæ antea exposuimq Consequentia, incipiamq rursq his cum charitate respondere. Deprecor ergo vos ut attente audiatis quæ mox dicturi sumq ut omnis offensio quæ concordiam possit impedire de medio tollatq, veritas vero in omnium animo insita, fructum pacis et charitatis producat, cæsetq; lis et contentio, concordia vero et Charitas consequatq. Unde igit initium Sumam, vel unde incipiam fratres? Undiq; divinas Scripturas, Sacrum Evangelium, et doctores Ecclesiæ video aperte ijs quæ a vobis afferuntq contradicere. Vos vero ex vestris dictis nil necessario concludetis, nisi ante communem Resurrectionem Sanctos, et peccatores quæ merentq præmia vel pœnas non recipere: id profecto fratres et viri eruditi judicant nullam vim habeat. Quod autem justi et peccatores a die exitq eorum recipiunt Deo verba subministrante dum os aperiq ostendet. Sed ordine incipiendo etiam hoc loco oportet orationem veluti in judicio proponere ut hoc dogma sole clarius, et purq elucescat exactius interrogando et respondendo perpensum.

Sectio. II.

Interrogamus ergo vos o fratres, quamobrem justos in præsentia mercedem recipere nolitis? Si quia nondum advenit resurrectio dicitis, hoc non concludit justos non recipere. Nam semper Deus justus est, nunc et in resurrectionis die. nam si justus est quemadmodum est, Scriptum est enim justq est Dominus, et justitias dilexit; Sancti vero propter eum qui vere justus est animas suas tradiderunt, ut cum justo Deo requiescerent, nunc sane sequitur ut apud Deum sint, quoniam tales post mortem similes justi sunt, et tu orans psalis, fac requiescere illos ubi justi requiescunt. Quodsi cum justo Deo non requiescunt, in dubium cor justitia revocatq, quod tibi etiam non placet. Nullatenus dicunt, recipiunt justi nunc, vel beatitudinis omnino participes fiunt, sed cum tempq erit se fruituros sperant, et in hoc exultant, et lætant. Hoc autem simile erit sitientiq, et exustis, cum juxta fontem aliquem assident, sitiq; enecantq aquam prope conspiciendo, et repleri cupiendo ad incendium et æstum compescendum ex labore et defatigatione susceptum, et ab aliquo vi invisibili repulsi potare non possunt, magisq; aquæ inspectione inflammant, sitisq; augetur, et misere ut par est adurunt. At hoc vel lactantes infantes deridebunt. Si potandi spe siciens oblectatur, quamvis aquam non attingat: Sed ut ego arbitror non solum non oblectari justos oratio vestra concludit, imo tristari magis et angi vehementer: an vero ita se res habeat consideremus. Summum bonum ut Sancti et Theologi sentiunt, solus Deus est, est autem gaudium, exultatio, desiderium, appetentia. Qui igitur

bono privant, gaudio et exultatione absq; dubio privant, at sancti si privant, tristant, si tristant angunt, huicq; nemo contradicet, sequit ergo secundum vos angi justos: at id absurdum plane est, si in presentia angant, cum in corpore et hac temporaria vita multum laboraverint, ut ibi sine molestia degant, et conquiescant; Sed quid ulterius hostes veritatis adducunt? Fatemur justos in aliquo loco esse, et requiescere, sed ineffabilia bona, quae oculq non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, nondum recepisse. Hic subit mihi vehementer videre. Si Deum in faciem justor[um] anima videant, et Trinitati, Isima, et Dei throno sine ullo medio assistant? nondum tamen ineffabilibq bonis adhuc perfruant, o insensibilitatem! quonam ineffabilia bona esse existimatis? visione Dei majora? perspicite quid dicatis, nam id blasphemia maxima est. Si enim Deum in faciem videant, quod nemo negaverit unquam, sunt autem et alia bona quae non vident? ergo ea majora sunt Dei visione? si hunc vident alia non vident. At id neq; demones ungm dicerent. Quid? nonne et beatus Paulq, cupio inquit dissolvi et esse cum Christo. Si ergo dissolvi cupiebat et esse cum Christo, nunc vero post dissolutionem non est cum amato, tristat, et angit, et mentit divinus preco veritatis, at hac ambo absurda. Nam si absurda haec syllogismis demonstrare voluerimus, offendemq eos qui fruitione[m] Sanctor[um] negant, haeretiis esse deteriores, et incarnatam Dei dispensatione[m] abnegare. qui homo fuit, crucem et mortem sustinuit, ut ipsiqui a saculo obdormierunt, justis videlicet caelestem mansionem, et fruitionem largiretur, eamq; credimq eum quotidie tradere, et tradidisse ijs qui sincere vivunt, et religiose ipsi inserviunt. Quodsi per vos non tradidit neq; incarnatus est, erravimq credentes Deum Christum incarnatum qui non incarnatq est. Deniq; secundum vestram sententiam facile possumq demonstrare eos abnegare incarnatam dispensationem Domini Dei nostri Jesu Christi Salvatoris.

Error Schismae

ad Phil. 1.

Sectio. III.

Sed quoniam undiq; pacem quaerimq, et vos omni adhibita charitate ad nos ptrahere volumus, nec ullo modo vos scandalizare, age nunc officiosius adhibitis Ecclesiae Doctoribq orationem exordiamur: et quae Sancti recte super hac sententia protulerunt in medium adferamq, ut liquido cognoscatis justos omnes quatenq animae sunt, esse in Dei gloria, Deumq in faciem videre, et ejq visione laetari. Nam nil aliud est Sanctor[um] fruitio, quam Dei visio, primumq quod Jis apostolis Christus dixit in medium prodeat. Vado parare vobis locum, ut ubi ego sum, et vos sitis. Et rursiq cum Deo et Patre colloquens sic ajt. Pater quos dedisti mihi volo ut ubi sum ego et illi sint mecum, ut videant charitatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Quid hoc dictum significat? nam discipulis dixit id: ubi ego, et vos mecum sitis. Si igitur cum eis non sunt quid dicemq? sine te hoc dicere. Ego Deum reformido, et ipsum mendacem appellare devito, quia verum est flere peccatores, et quod valde prosunt mortuis sacrificia pro jis oblata, cujq principium est. Mors fratres inter indifferentia ponit, haec scribit. Oblectamur in commemoratione justor[um] non solum viventium verum etiam mortuor[um]. Illi, peccatores scilicet, et hic commorantes, licet beati, quia ad Christum profecti sunt, Peccatores ubicunq fuerint procul à rege sunt, et propterea lacrymis digni, justi autem sive hic, sive ibi apud Regem sunt, ibiq magis ppe sunt non per speculum, non per fidem, sed facie ad faciem. Et Gregorius Theologus in fine orationis in divum Cyprianum inquit, et Sancto Trinitatis splendori cui nunc assidet. Et rursiq in oratione in sororem Macrinam Gregorius Nyssenq de hac scribit. Metaphrastes vero in Sti Joannicij vita in fine orationis sic aperte dicit. Divq Joannitiq spiritu quidem ad eum quem diligebat

Chrisostor.

Joannis. 14. Cap: 4.

Gregor. Nazian. Gregor: Nisen: Metaphrastes.

diligebat demigrat, angelor Choris comitatq, corpore vero urna claudit. Methodij qui inter
Patriarchas dum viveret magnum lumen effulsit. post octo menses ab ejus morte decessit
quarta decima die instante junij. Quæ sunt igit ea quæ post obitum hujs admirabilis Joan-
nicij contigerunt? fractor consolidationes membror, quidam à pravis dæmonibs liberati
sunt, cum ad ejus tantum monumentum accessissent. Et quo pacto post obitum poterat Jo-
annicij hac gloriâ spoliari, cujs discessum columna ignis apud montem olympum signi-
ficavit? quem angeli precedebant Paradisi januas aperientes, et in cælestem beatitudinē de-
ducentes, ut purificatq in conspectum domini perveniret, et cum angelor ordinibs versa-
retur a quibs beata Trinitas glorificatq et exaltatq nunc et in æternum amen. Vides tu qui con-
tradicis, quod angeli precedebant, et cæli januas ipsi aperiebant, et ad cælestem beatitudinem
perducebant? Quo pacto tot, et tantis Ecclesiæ Doctoribs omnino contradicere audetis? Divs Gre- Gregdial: cap. 2
gorius dialogus cujus antea meminimq veteris Romæ Pontifex libro 4. dialogor in responsionibs
ad Petrum ejus archidiaconum sup hac re ita dicit. Petrs. placet quod dicis, sed nosse vellem si
nunc ante restitutionem corporis in cælo recipi valeant animæ justor. Hoc negs de omnibus
justis fateri possumq, negs de omnibs negare: nam sunt quorundam justor animæ quæ a cæle-
sti Regno, quibdam adhuc mansionibs differunt, in quo dilationis damno quid aliud innuitur
nisi quod de perfecta justitia aliquid minq habuerunt, et tamen luce clarig constat quia perfe- Luca. 17.
ctor anima mox ut hujus carnis claustra exeunt, in cælestis regni sedibs recipiunt: quod et ipse
per se veritas testatur, dicens. ubicunq fuerit corpus, illi congregabunt ut aquilæ. quia ubi ipse
redemptor noster est corpore, illic procul dubio colligunt justor animæ. Et Paulus cupio dissolvi
et esse cum Christo. Dubium ergo Christum esse in cælo non dubitat, nec Pauli animam esse in cælo Pauli
negat, qui etiam de dissolutione corporis sui, atq, inhabitatione cælestis patriæ dicit. Scimq quoni-
am si terrestris domus nostra hujs habitationis dissolvatur, quod ædificationem habemq
ex Deo domum non manufactam sed æternam in cælis. Nostri ergo vel audisti quid hic Sanctus
dicat? quod cum primum ex hac vita Sancti decesserunt, videlicet justor perfector animæ ad cæle- Contra Epi-
stes sedes, et Mansiones deferunt. At quo igit egregius ille Ephesius dixit: quod usq, ad univer- stolam esse
sale Resurrectionem recipere non debent justor animæ? oportebat enim eum cum vir Jn.
eruditus esset, non ita aperte doctor Ecclesiæ dictis adversari: imo sibi ipsi contradicit in Epi-
stola ad omnes gentes, et insulas missa, penitq fruitionem Sanctor negat, ubi scribit. Nos
Sanctos, negs, paratum sibi regnum, aut ineffabilia bona recipere, negs peccatores in gehen-
nam abire affirmamq, sed utrosq suam sortem quæ futura est post resurrectionem
et judicium expectare: hoc loco ut vides manifeste Sanctor fruitionem negat, at in ora
tione quam is in divi Etiæ commemorationem conscripsit, aperte confitet Sanctos
recipere, ubi dicit. Ego vero quod ei veluti Sanctor animabq ubilibet ad tempus
morari, et in sua æde versari, et ad deprecantes passim commeare necessarium
et verum esse existimo, at non ideo eum Cælo carere dixerim aut non una cum splendoribs
angelor domini throno assidere, nam alijs inferior esset, qui fere super omnes eminebat, si quia
carne induebat, societate eor spoliaret, et Dei ad faciem visione, qua per omne sua vita tempus
in primis potitq est, meis quoq verbis testificatur quod in eum Ecclesia ita canit. Propheta pra-
co Christi, a magnifico throno nunqm disjungeris, et cuicunq languenti in altissimis mini-
stranda semper ades, orbi terrar benedicis undiq glorificatus. Vides quam hic clare et aperte
Sanctos Dei visione Bertrui ad faciem alleverat, divum etiam hac visione etiam in corpore
dignum esse existimatum dicit, quod quidem plus est quam ipsa ratio postulat. Si aliud igit
paratum regnum est et ineffabilia bona præter Dei ad faciem visionem, id ostendat nobis. Erit enim
Dei visione fortior? quod nemo ex Doctoribs Ecclesiæ unqm dixit, majorem reperiri oblectatio-
nem quam Dei visio sit. Quod vero dicit magnus Gregorius justor quorundam animas esse quæ
a cælesti

a Cœlesti Regno mansionibꝫ differunt, et alias esse perfectorũ justorũ animas ostendit esse etiam alias justorũ non perfectorũ animas. Quodsi quis ambigit ubinam illæ sint, in tertio Decreti Capite satis a nobis responsum est, nec semel dicta repetenda sunt, sed revertamur eo unde digressi sumꝰ.

Sectio. IV.

Admiror igit et dubito quo pacto reperiant quidam adeo veritatem fidei negligentes ut non tantum non discere velint ut conversi salventur, verum etiam eorũ quæ à Sacris doctoribꝫ scripta sunt aperte corruptores extiterint, qui nec recte intelligunt, neque audire sententiam volunt quam doctores habent super hac communi Christianorum confessione sed exiguam tantum stillam ab ijs haurientes sursum deorsum difficultates mũsent ex suo sensu existimantes egregia quædam ad eversionem veritatis afferre, quas ante hos scriptis et libris editis doctores dissolverunt, ex quibꝫ statim hi novi dogmatistæ redarguuntur, nam eos videre et considerare oportebat quæ sancti dicunt, et eorũ dictis acquiescere. Quodsi in sanctorũ dictis in quibꝫ sententiam alternant curationem non invenissent, tunc demum licebat ejs dubitationes afferre: si tamen id possent: nec vero ambigere de his decebat, quæ antea disputata, et declarata sunt. Ut qualis nam est eorum admirabilis quæstio quam nobis objiciunt mirum in modum jactabundi. O Catholici. Sicut vos dicitis nunc justorũ animæ ante resurrectionem recipiunt, supervacanea est resurrectio, et judicium, et super throno assessus, et judicij constitutio. Quid tum recipient, si nunc receperunt? quibꝫ nos respondemꝰ. Catholici sumꝰ, et Catholici dici volumꝰ, et si in contumeliam hoc nomen nobis objicitis, et injuriam nobis inferre arbitramini, credentes enim in unam sanctam et Apostolicam Ecclesiam Catholici sumꝰ, et appellamur. Qui Catholici non vocant, sive qui eam non sequuntur, Schismaticos dicimꝰ et jure ut arbitror. Ad interrogationem igit vestram dicimꝰ, quodsi nova esset vestra interrogatio, pro viribꝫ nostris responsionem attulissemꝰ, sed quoniam quæ vos facitis et alij ante vos egerunt, non opꝫ est quæ doctores allegerunt, et responsiones ut decens erat tradiderunt, nos adeo audacter, et perfricta fronte respondere. Sed quod ij edisserunt, id ipsum et nos adjungemꝰ. Nam Petrꝰ Ecclesiæ magnæ archidiaconꝰ, ut antea à nobis expositum est, magno Pontifici Gregorio Dialogo, hanc quam in præsentia vos interrogationem proponitis, eamꝫ is ipse fecit, nam ita in eodem dialogorũ scribit libro. 4. cap. 25. Petri interrogatio. Si igit nunc sunt in cælo animæ justorũ, quid est quod in die judicij pro justitiæ suæ retributione recipient? Gregorij responsio. Hoc ejus nimirum crescit in judicio, quod nunc animæ tantummodo, postmodum vero etiam corporum beatitudine perfruent, ut in ipsa quoq carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatoꝫ pertulerunt. pro hac quippe geminata eorũ gloria scriptum est, in terra sua duplicia possidebunt, hinc etiam ante resurrectionis diem, de sanctorum animabꝫ scriptum est, Data sunt illis singulæ stolæ albæ, et dictum est illis ut requiescerent adhuc tempoꝫ modicum donec impleretur numerus conservorũ et fratrum eorũ. Qui itaqꝫ nunc singulas acceperunt binas in judicio stolas, habituri sunt, quia nunc animarũ tantummodo, tunc autem animarum simul et corporis gloria lætabunt. audistine admirabilem dubitationem et interrogationem vestram? quomodo alter ante vos una cum alijs magno huic Patri et Doctori Ecclesiæ objecit, et quo pacto ei respondit? Quomodo igit in hoc morbo Schismatis amplius manetis cum aperte conspiciatis doctores vobis contradicere? Quin etiam ille magnus Athanasius ubi ejusdem interrogat de hac eadem re ita respondet. Interrogatio. Ubi nam dicemus esse nunc eorũ animas qui jam occubuerunt? responsio: nova est et terribilis interrogatio, et hominibꝫ abscondita, nam Deus nemini permisit unquam ad nos illinc reverti, ut nobis exponere posset ubi nam, aut quomodo sunt quæ hinc demigrant animæ, tamen ut a Scripturis monemur, quædam, idest peccatorũ animæ in inferno sunt subter omnem terram et mare, ut psalmus dicit. posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis, et in umbra mortis, et ut apud Job Scriptum est ad terram tenebrosam

Objiciunt Schismatici

Responsio.

Petri interrogatio

Greg. papa l. 4. dial. c. 25.

Esaiæ 61. apocr. 6.

athanasij

Psal. 87. Job.

tenebrosam et opertam mortis caligine, terram miseria et tenebrar. ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempiterno horror inhabitans. animæ vero justor. post Christi adventum, ut ex latrone qui in Cruce pependit intelligimus, sunt in paradiso. Non enim propter latronis justi animam tantum Christus Deus noster paradisum aperuit, sed propter omnes denique justorum animas Sanctor. Videtis quo pacto contradiciti? tamen si nosse tis quid magna voce canitis, non utique ambigeritis vos eadem quoq; sentire: sed subit mihi dicere, etsi durum vobis videbit, in magnis profecto rugis aures vestra versant, magna voce canitis, nihil tamen intelligitis, sive potius negligitis, legere enim, et non intelligere, dixit quidam ex Sapientibus est negligere, quoniam libri omnes de rebus id continent, Sanctorum animas in Cælo esse Damascenus et Theophanes ejus rei auctores clara voce clamant. Magnas igitur gratias habere vobis debemus, quia non aut delestis, aut ea fraude aliqua in codicibus obliteraistis, ut quidam ante vos in tractatibus et libris de processione Spiritus S. conscriptis effecerunt, tamen illis inutilis cessit, nam adhuc libri manent, qui maleficor. audaciam testantur, et apud vos perbelle servantur. et quotidie cum vocis modulatione concinuntur, menstrua, triodia, sermones, metaphrastes, quinquagenaria, versiculi, troparia, idiomela, contacia, oci, Synaxaria, exapostilaria, et ne singula enumerem omnis fere Ecclesia nostra scriptura ita sentit. Nam Ecclesia Theologi ac Doctores, Poeta, melodi profunda meditatione perpetes, hoc statuerunt quasi ex uno cratere Sapientia referto omnes omnino hauriendo: idcirco nec discordant, nec sibi contradicunt mutuo, nec inter se dissentiunt.

Damascen Theophan.

Sunt modi canendi in Ecclesia Græcorum

Sectio. V.

Unde igitur exordiemur? à Prima die mensis Octobris in idiomelis divi Symeonis stylitæ, Sancta tua anima inquit pater Symeon in societate exultat angelor. et in alio: et cum in corporis in Cælo trepidians. Rursus in altero: Cum angelis Deo assistens. 20ma ejusdem mensis: de Sancta Gria: Et nunc paradisum incolis, in omni lætitia constitutus. Octobris. 1ma de divo Romano. Cum justis intus in divina gloria inhabitans, oblectationem illam ineffabilem aspicis. Vides indesinentes delicias, aspicis colorum pulchritudinem quæ vere est amabilis. aspicis Beatissime choreas Patriarcharum. Eodem mense. 26ta. de divo Demetrio magno Martyre. Habet quidem tua Divina anima immaculata gloriose Demetri Cælestem pro habitatione Hierusalem: et iterum. In ultra mundanas sedes immaculatum Spiritum tuum Sapiens martyr Demetri Christus Deus recepit. et alibi. Deo assidue assistens. et rursus. Manifestius beatitudinis finem es consecutus, Christo assistens, toto corde deprecare: et iterum Nunc tu Christi vultum intueris in faciem o Cyrille, speculis vere contractis, tuo divino amori junctus es: et rursus. Recordare nostri pater Basili consubstantiali trinitati assistens. Alibi. Et nunc in Cælis speculis effractis, Antoni sincere sanctam inspicis Trinitatem, citra medium congressus: et de magno Gregorio. Partim victoria tua coronam recepisti, partim vero cum Christo regnas splendidi, prima ex sanguine purpurâ indutus, et sceptro tuorum certaminum ornatus, et corona gloria conspicuus, in infinita sæcula: et alibi. Hodie martyr de peregrinatione triumphans ad cælestia pervenit, et in gloriæ throno sedenti offert sanguinem cadis: et in alio. Insignis et strenue Georgius in suo glorioso certamine, supernas potestates lætificans, et nunc una cum ipsis exultans. In Rona, de magno Paulo, junii. 29. Nunc non in ænigmate, neq; in speculo Christus à te conspicitur, imo in faciem tuam aspicitur, integram tibi divinitatis gloriam detegens: et in alijs. Bene Christo pasti, o decertatores martyres, animas in cælo habetis in manu Dei: et rursus. Sui Christo sacerdotes, justitia induti Sanctis à sæculo gaudent, divinam tuam pulchritudinem clarius intuentes: et in alijs, nunc non in ænigmate pater, non in speculo aspicis lumen luminis

Symeonis Stylitæ

omnium

omnium principij facie ad faciem sapientissime qui et splendoris, et visionis divinæ dignus effectus es: et rursus cum angelis tripudias beate Onesime martyrij corona exornatus refulgenti throno Salvatoris assistis: et alibi. Sanctorum ordines, cum qui inter angelos requiescit magna voce laudantes, divinis nunc fruunt deliciis, et lætantes tripudiant: et in alio. Superintellectuali splendore exsaturate sancti et divina lætitia splendide repleti, dij vocamini ut ei proximi inter divinos splendores versantes, et gloria ineffabilis radijs illustrati: et rursus. Sacris melodijs celebrent quasi cœlestis hæredes regni, quasi incolæ paradisi: et alibi. Concives angelorum: et rursus. Sanguinis tui pretiosi intinctione martyr, purpuram tibi pretiosam comparasti, qua indutus cœlestem regionem vere inhabitas. Deo Supremo Regi assistens, assistere vero supremo Regi quid aliud per Deum significat? nisi quod sancti quatenus anima beatitudine perfruuntur: in alijs vero. Patribus vero offeremus hymnum, qui ante legem, et in lege refulserunt, et qui ex Virgine genito domino et hero recta mente inservierunt, in extinguibilem lucem hanc adepti sunt: et alibi. Nunc o beate intercede apud Deum pro tuo grege et rursus: Cœleste regnum concupisti, quo nunc beatissime vere frueris: et in alio. Sup omnem virtutem posito, pater antoni cum angelis versaris in regno cœlorum: et rursus. Dei preco Athanasi, qui pericula, et perpetuas tentationes sustinuisti, nunc deliciarum paradisi digne es facto divinas mansiones consecuto incorruptibilis vitæ ligno propinquus, ut justitiæ victor corona et diademate cœlestis regni exornato, decore conspicuus, et forma præcellens: et rursus splendidissimo et fulgentissimo lumine lucido nunc illustrato: et rursus. Non in enigmate nunc gloriam quam à puero concupisti vides beate Eutiche, imo facie ad faciem nunc solutis carnis speculis pater noster: et rursus. Ex difficilibus angustijs et corruptione, in amplam, et jucundam paradisi latitudinem pervenisti sanctorum visu splendidam lucem, et angelorum choreas Deo assistentes, et incessanter clamantes: et alibi. Terra quidem nunc operuit corpora vestra, cœlum vero o sancti Spiritu semper fert throno gloriæ assidentes, et cum angelis exultantes: et alibi. Nunc cœlos incolis martyrum pie sanctorum et justorum: et in alio. Princeps sacrorum Eumeni, qui libertatem tibi apud Christum comparavit, juxta cujus thronum sancte in gloria assistis nunc cum angelis sanctis: et rursus. Ad tranquillum portum appulisti à laboribus requiescens et coronatus tripudias in paradiso, una cum Christi martyribus Niceta divine omnes merito glorificamus. Et rursus in alio. Qui a Dextra assistis Trinitati et immediate versaris: et in ode nona S. Joannis theologi. Nunc non in enigmate sed facie ad faciem deliciarum torrentem inspicere meruisti, pacis flumen et fontem immortalitatis quâ nunc irrigatus divinitate perfrueris. Et augusti quarta: Non amplius in speculo conspicis summum bonum o sancta martyr, ad faciem aspicis faciem jam solutis vere o Eudocia imaginibus. Ecce jam nihil apertius ut mihi videtur reperietur his quæ a nobis allata sunt, idest facie ad faciem: et nunc paradiso nunc coronati tripudiant: et nunc Deitate perfrueris: et in aliud possumus intelligere? præter quam quod quatenus anima perfruuntur, ut antea exposuimus et jam evidenter ostendimus.

Sectio. VI.

Quodsi his non acquiescitis, et alia ex ejusdem generis scripturis afferemus. In ode qua S. Patrum antiphona ita dicit. Magnum cultum meruistis cœlestes sancti, quia Christi figuram studiose imitati estis, et nunc umbra et carnis operimento deposito cum facie ad faciem videtis, et maxima meruistis: et alibi. Semper suffragaris ijs qui te laudant et tuum celebrant festum Domino assistens Onesime, toto refulgens, totus resplendens, totus cœlestibus fulgetris coruscans: et alibi. Inspicitis martyres divinam pulchritudinem manifestius et clarius: et rursus. Ubi ordines angelorum ubi justorum populi exultant: et in alio. Et regnum cœlorum aperte meruisti

Trinitatis

Trinitatis radijs illustratq; o admiratione digni! et rursq Sabba beatissime angelorum aequalis Sanctorum contubernalis, prophetarum socius, Martyrum et apostolorum coheres, lucem non occidentem nunc incolens, cujus divinis facibus illustratus summo principi assistens, et aperte coruscans. audisne? lucem non occidentem dicit, nam Deus est lux non occidens, habitat autem nunc cum Deo. Preterea summum principum quid significat? summum enim bonorum, Summum principum, summum pulchritudinum, nil aliud est, nisi Deus ipse. Hic ei assistit, et habitat cum eo; Quid aliud per Deum denotat? preterqm quod Sancti nunc quateng anima perfruunt? Si vis et alia audire jam dixing. Et inaccessibili luce nunc perfruuntur. et in alio. Sanctorum chorq, vita fontem, et januam paradisi nactq est. Et rursq: et justi velut luminaria refulgent. Et alibi, cum terrena certamina perlustrassent veri Martyres corona sunt consecuti. Et rursq: Certatores Martyres ac coli cives in terra decertantes multos cruciatus pertulerunt, et perfectam in coelis coronam receperunt, ut pro nostris animabq intercederent. Et rursq. Celeberrimi Martyres! vos non terra operuit, sed coelum excepit, aperta sunt vobis porta paradisi, et intro profecti, lignum vitae estis assecuti, apud Christum intercedite. Ubi sunt qui dicunt Sanctos non esse, sive Sanctorum animas nunc in paradiso non esse? nonne audiunt Dominum dicentem. aperta sunt vobis porta paradisi? nonne audiunt? introgressi non agnoscunt lignum vitae consecuti sunt, et intercedunt pro nobis. Si igit nequ receperunt, nequ intercedunt, nequ Christum vident, nequ ipsi assistunt, nequ divina luce perfruunt, et ut uno verbo dicam, nemo ex Sanctis ut ipsi putant nunc cum Christo est, Ubi sunt quae psallimus? num falsa? absit: ubi spiritq et animae justorum laudant Te Domine? et illud disjunctis speculis Sancti facie ad faciem Deum videtis, si nunc cum Christo non sunt non receperunt. Si non receperunt, nequ intercedunt. Si vero non intercedunt cur invocamus? Si enim nunc non intercedunt nunquam intercedent, nam in futuro non est intercessio. Nonne audis illud. Non intercessione opus ibi est, dimisso conventu.

Sectio. VII.

Etiam novi Theologi dicunt, peculiariter recipiunt, et Deum in faciem vident, sed ineffabilia bona quae oculq non vidit, et auris non audivit, nec in cor hominis ascendit, non receperunt adhuc. Non enim omnino possumus diffiteri Sanctos in praesentia non esse cum Christo. O insipientiam! id ut ego existimo risu magis quam responsione dignum est, nam paulo ante ostensum est haeresim esse hanc absurdam argutiolam, nec de ea opq est amplig disputare, quod hoc sit haeresis aequanimiter disquirendum est. Si Deum vident nunc Sanctorum anima, ineffabilia vero bona non vident, procul dubio majora sunt illa qm Deus ipse, quoniam ea invisibilia sanctis sunt. Deus vero ab ejs videt, hoc nemo sanamenti dixerit unqm sed hac haeresis silentio involvenda: praeterea disquirendum est ita. Ineffabilia bona, vel quia majora, vel quia minora sunt ea sancti non vident. Si quia minora ijs opq non est, nam majorum compotes facti minora non curant, hujq enim admodum aperte participes sunt si majq sunt consecuti: Si vero quia majora non recipiunt, absit blasphemia majora reperiri qm Dei visio et fruitio sit. Ostendendum est autem ea bona conspicere Sanctos Ecclesiae testimonio ex ijs quae ibi occurant: qui fidem non adhibet, scribetur in Secunda mensis Septembris tempercto, idiomelum Sti Mamantis ita se habens, veluti nova oliva planta ad Dei mensam accessisti, veluti filiq est qui domini viam ingrediunt p Martyrium benedixit tibi Domine et coelestis Sion bona aspicis in deliciis divina degens exultationis. Quid ad hoc respondere audebunt qui hanc sententiam renuunt? surdo aspidi profecto aures occludenti similes sunt, qui unisonem oderunt et Schisma amplexati sunt, non enim videre nec audire, nec intelligere volunt. Divus Damascenq in 2do tomo octavi toni inquit. Vita Christe dator

objectio ad Corint.

Mamantis.

Damasce: dator sponte passionem propter homines sustinuisti, in infernū vero descendens ut potens
qui ibi tuum adventum prestolabantur, tanqm à forti abripiens fera, paradisum pro in=
ferno habitare concessisti, ad medelam inquit nostram hec scripta sunt. Ergo mentiē
Christi Ecclesia psalliq, quod verum non est, docetq id ad decipiendas et seducendas ani=
mas, at quis id dixerit mentis compos? num et Christum solatur Sanctq hic? cum dicit
Christe vita dator sponte passionem subijsti, et in infernum propter homines descendisti
et ut potens eripuisti, veluti de forti fera, ab extraneo videlicet hoste et bellatore eos qui ibi
tuum adventum expectabant, et pro tenebrar habitatione, et loco obscuro illo ubi incolebant
eos paradisi habitatione donasti. Consolatur Christum an ut verum dicit hoc et sentit? Si
quis profecto responsiones vestras viderit, vel ut verig dicam importunas contentiones, in
stuporem adducetur et mente dimovebit, ego profecto audire non possum verba ita putida
ac male coherentia, arbitrorq eam esse infantium balbutiem. Quid quando hic idem
Damasce: dicit? Admirabilis tua Crucifixio, et in infernum descensq o hominum amator, nam spolijs
ei detractis et ijs qui jam pridem in vinculis detinebantur una tecum gloriose exsuscitatis
uti scilicet Deus paradisum aperuisti, et ut eum consequerent, dignos illos effecisti. Audisti
et sic descendisti, inquit, in infernum, ipsum exspoliasti, et vinctos, sive Sanctos ibi ob=
dormientes una tecum exsuscitasti, paradisum aperuisti, et ut eum consequerent dignos
effecisti. Quin etiam Anastasiq divinq noster pater, a monte sancto Sinai appellatq, in
Anastasiq Sinaites interrogationibq quas ad responsiones quasdam piè ad eum factas peragit, apertissime
quæstionem dissolvit. Nam Sanctorum animas in paradiso, peccator vero in inferno
esse liquido et apertissime demonstrat. Interrogatio igitur et responsio hec est. Inter=
rogatio ubi omnino nunc animas esse dicemq? num in eoq loco omnes? Responsio. Quan
quam de his nemo clare enunciaverit, tamen ex Christi verbis percipimq justor animas
una cum latronis justi anima in paradiso esse: quippe cum divq antonq animar locum
et Sanctas animas viderit esse in paradiso. Similiter et divinus Bambo, et alij quida
ex patribq, eodem modo Joannes Climacq sic dicit. Latro ille ut tantum sui me=
minisset in regno suo postulavit, totumq paradisum in hereditatem accepit. Sue=
rus peccator animas omne vetus, et novum de stamentum in inferni carcere
ablegari veluti ad vincula testatur, ut divite illo dixit Dominus. Similiter et David
Propheta dixit. Convertant peccatores in infernum: nam cum dicat convertantq, designat eo
loci nunc esse animas, postea discedunt et earum recipiunt corpora suum singuli, ita
postea a judice adversq eos sententia fertur, dicens convertantur peccatores in infernum.
qui autem revertit, apertum est eum unde venerat, eo reverti. Sed celeberrimq sane, et
Andreæ archiepi Cretæ insulæ divinus noster pater, Cretæ dignissimq Pastor Andreas, post Sanctos omnes a nobis in
testes in hoc argumento adductos accedat et ipse ut mecum eaq testificetur. Is namq in quadam
divina oratione quam in immaculata nostra Virginis dormitatationem pulcherrime compo=
suit cujus principium. Quicunq Religiosum et venerandum locum hunc juxta principi=
um de eo ita pertractat. Cæterum et Sanctor animæ tenebrosum quidem locum illum
pertranseunt, at non ibi detinent preter eas quæ vitæ delicijs delinita peccatorum
morbem attraxerunt, nam quacunque se divinis legibq subjcientes, eam quæ in cali
degit vitam spiritu per carnem demonstraverunt, ad loca procul dubio resplendentia
huic Sanctor statui sacro consentanea ablegantur, quæ Dominus custodit, et oculi ejus
qui ut Scriptura tradunt, omnia conspiciunt, quorum pulchritudinem et magnitudine
addam etiam et supra captum hominis decorem jure apertius, et excelsius noscent, qui Deo
proxime accedunt, ibiq rursum sistentes vacationem receperunt quibq præcipue parata
est a providentia, quæ cuncta sapienter administrat. Audisti admirabilem et magnum

virum

vitum hunc, quo pacto sanctorum et justorum anima hujus vitæ cursu perfecto vacationem recipiunt? hoc idem est ac si diceret promissionem discipulis promissam cum dicit, ut ubi ego sum ibi et vos sitis, quorum in loca refulgentia transmittunt, Deo propinquant, et beatitudinis mirifice arrabonem recipiunt: imo pulchritudinem et magnitudinem, et supra mentis captum decorem, idest Deum ipsum clarius et excelsius conspiciunt. Cur magis non versamini in his o amici? et fratres? sed potius occupati estis in ijs damnandis, qui hæc credunt, atq; amplectuntur, et ut in eos maledicta quotidie effundatis, super omnia operam datis. Ut autem omne os contrarium dicens obstruatur, et obturet, unum et solum testimonium addam quod extremo loco reservavi. id autem est ex Joannis Evangelista Apocalipsi, nec renuere potestis, dicit enim. Et cum aperuisset Sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, et propter testimonium quod habebant et clamabant voce magna dicentes. Usq; quo Domine sancte et verę non judicas et non vindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra, et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, et dictum est illis ut requiescerent tempus modicum adhuc, donec compleant conservi eorum et fratres qui interficiendi sunt sicut et illi: et post quædam. Et respondit unus ex senioribus et dixit mihi; hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venerunt? et dixi illi, Domine mi tu scis, et dixit mihi. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et albaverunt eas in sanguine agni, ideo sunt ante thronum Dei, et serviunt ei die et nocte in templo ejus: audistis tonitrui filium? quis potiora, meliora, et vera dicit? hic an Ephesij et tota cohors eorum qui ab ecumenica Synodo resiluerunt, aut quicunq; ex alijs velit contradicere? ut ego sentio, Joannes meliora dicit quam hic. Ille namq; ex Domini pectore Theologiam accipiens omnem creaturam ejq; vivificantibus aquis refersit. Hi autem sua insciitia, et stupiditate permoti, tumultu, confusione, et hæresi orbem repleverunt. nonne audistis eo quod stolas laverunt suas inquit, hoc est sua corpora laverunt a peccatis, eaq; in filij Dei sanguine dealbaverunt, idcirco sunt ante Dei Thronum, et die et nocte inserviunt ei. quid his respondere potestis? nihil profecto. Credite tandem, convertimini, resipiscite, resurgite, veritati quemadmodum et nos subijcimini. neq; ita aperte Ecclesiæ Doctoribus contradicere neq; in veritatem impingere velitis, nos enim cum Sanctis assistere Deo dicimus, cumq; pure inspicere perfrui dicimus, nec aliud esse intelligimus, ejq; adfacient visionem, et aliud fruitionem; quocirca contrarium nobis postestis ostendere, scilicet Sanctos Trinitati assistentes, ejusq; adfacient visione dignos effectos, non perfrui adhuc, sed majorem fruitionem Dei visione expectari vos etiam demonstrate, et nos silebimus. Sed nihil amplius ostendere potestis, præter hanc Dei adfacient visionem: nonne percipitis vos Sanctos irritare, et adversus ipsos blasphemos esse, cum eos dicitis non esse adhuc cum Christo, neq; visione perfrui. nam ij cum Christo cum sint, immediate apud trinitatem pro nobis intercedunt, et lumine ejus illustrantur, et perpetuo cum ea esse exoptant. At vos eos non adhuc esse cum Deo abnegantes, nec usq; ad universalem resurrectionem eos fruituros esse, scitote ipsis valde molestos esse: si vero irritatis, ijsq; molesti estis, quomodo pro vobis intercedent? aut quomodo pro vobis mediatores evadent? abnegantibus eos cum Deo esse, sed procul a Deo esse affirmantibus? dicite, respondete! at non valetis. Unum tantum est quod multos ambiguos reddit, facitq; ut arbitrentur esse discordes, quia pars quidam doctores dicunt Sanctos perfecte frui, partim imperfecte: nam cum de anima tantum dicunt, perfecte frui ajunt, quando vero de toto homine, non perfecte. quo pacto enim cum nondum communis resurrectio advenerit, utriq; recipere possunt? ideo quatenus anima, perfecte recipere Sanctos dicimus, quatenus vero non solum anima, verum etiam corporibus induta sunt, imperfecte frui affirmamus. Nam ut forma anima est in corpore, materia vero qua corpus est, nondum surrexit, neq; recepit. Anima vero cum sit immortalis perfecte suscipit. Sed quia homo est utraq; simul et utriq; decertarunt, nondum perfecte hominem

recipere

Apocalipsis. 6.

Joannes Evangelista vocat tonitrui filium apud Marcum. C. 3.

recipere dicimus: at cum a parte de toto ratiocinamur, et de nobiliori intelligimus tunc perfecte sanctos recipere dicimꝰ. Quod autem nobilior, et potior corpore anima sit vel ca-
cis est manifestum, idꝙ est quod antea ex apocalypsi Joannis evangelista exposuimꝰ, quod data fuerit singulis stola alba, dictumꝙ ijs est, ut adhuc modicum expectarent, idest corporꝭ resurrectionem. Qui cumꝙ igitur singulas stolas acceperunt, geminas in judicio stolas recipient. Perspicuum namꝙ est, quòd unig stola distributio, anima fruitio est, quæ tecta dicit et est: altera est corporis beatitudo quam post resurrectionem recipient, et judicium: et quoniam de hoc satis dictum est, non opus est ulterius progredi.

Sectio. VIII.

Objectio alia. Ad apostoli dictum, quod vos ut egregium, et inexplicabile nobis affertis, ac magna cum audacia dicitis illud. Sancti omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur. Hic enim affirmatis beatum Paulum dicere, quod Sancti non acceperunt repmissionem, huic nos responsionem afferemꝰ, tantum petimꝰ. Ut absqꝙ perturbatione nostra dicta audiatis. cum sapientibꝰ enim viris, ita agere ausi non essemꝰ, plane intelligentes, utì nos hoc sumꝰ et cognoscimꝰ, ita etiam multo magis eos ista cognoscere, sed vobiscum quos scire ea non arbitror, idcirco vos contradicitis, si enim sciretis, veritati utiqꝙ tam aperta non adversaremini: quia ergo ut existimo, omnino non nostis illud: Non receperunt a Deo repromissionem, nos id pro virili declarabimꝰ. Nam ea verba beatꝰ Paulꝰ effert ob universalem, et generalem corporum resurrectionem, quam veluti Christiani, omnes futuram esse credimꝰ quando autem id futurum sit, nobis non est cognitum, verum tamen secundum sacrarum Scripturarum traditionem, in fine seculoꝝ credimꝰ hanc futuram esse, quando omnis humana natura resurget, et unꝰquisqꝙ condigna suis operibꝰ reportaverit, sive ea bona, sive mala fuerint, secundum sacrum Evangelium. Et hæc est promissio, quam Patribꝰ in Prophetis promisit, idest se eos suscitaturum, nam ea pollicitatio, seu promissio dicit: ideo promisit Dominus se humanam naturam suscitaturum, quia corporum resurrectioni diffidiemꝰ, nō si id patribꝰ evenisset, nos utiqꝙ non essemꝰ, idꝙ est quod dicit Paulꝰ non acceperunt qui fuerunt ante nos corporum resurrectionem, Deo pro nobis melius aliquid providente ut non sine nobis consummarentur, idest non sine nobis illi resurgant, si enim in ijs corporum resurrectio contigisset, suaqꝙ corpora una cum animabꝰ recepissent incarnata dispensatio nunqm fuisset, neqꝙ Petrꝰ, neqꝙ Paulꝰ, neqꝙ reliquus apostolorꝝ chorꝰ, neqꝙ Patres nostri et doctores, neqꝙ hierarchæ, et divi viri, quibꝰ hodie locupletamur, Sancti, et divini, per quos ad Dei cognitionem quasi manu ducimꝰ, et ad nostram salutem: at neqꝙ nos geniti fuissemꝰ, neqꝙ alij post nos, idꝙ est quod pro nobis melius Paulꝰ arbitratur esse, ut non sine nobis illi consummarentur, sed quousqꝙ nos generemur expectarent, et tunc nos etiam una cum illis corporum resurrectionē induamur, præmiaqꝙ et coronas simul cum illis percipiamꝰ à resurrectionis remissore, et authore, et perfectore Jesu. Nam cum Corporum universalis resurrectio fuerit subsecuta, neqꝙ generatio erit amplig, neqꝙ corruptio, sed utraqꝙ cessabunt, nec moqꝙ amplig generabit, neqꝙ interibit. Idcirco tunc non facta est resurrectio. Et propter quam aliam ob causam, quia non adhuc repletꝰ est locꝰ illis ordinis qui de cælo cecidit. Nam scribit Gregorig cognomento Theologus, superiorem mundum repleri oportere. Christus jubet ne obsistamꝰ, et Minister ad Dominum. Domine factum est ut imperasti, et locꝰ adhuc est: cum igit locꝰ hic tunc repletꝰ non fuisset, resurrectio mortuoꝝ non est subsecuta. Hacqꝙ promissio est, quam Paulꝰ ad Hebræos dicit, quod qui ante nos fuerunt, non adhuc receperunt, quam puto vos adhuc non intelligere. At vos id dictum resumentes, quomodo promissio sit ostendemꝰ et quando promissionē hanc pollicitꝰ sit

pollicitq sit Dominq Deus, quibꝫ eam, et obquam causam pollicitq est, deinceps dicamꝫ. Cum Israel salutem suam desperasset, nec mortuos credere resurrectionem, cum dicerent abscisi sumꝫ periit spes nostra, manducemꝫ et bibamꝫ, cras moriemur, tunc inspirauit Dominq Prophetam ut populo diceret ne corporum resurrectioni diffideret pollicereturꝫ ijs se corpora eorum arida exsuscitaturum, segꝫ carnibꝫ, nervis, ac cute induturam, spiritumꝫ daturum, et in Jerusalem restituturum, qua visio pacis est et dicit. ubi nam sunt hæc? apud Ezechielem prophetam capite. 37mo. Dicit enim dominꝫ hic propheta, facta est super me manꝰ Domini, et eduxit me in spiritu Domini, et dimisit me in medio campi qui erat plenꝰ ossibꝫ, et circumduxit me per ea in gyro, erant autem multa valde super faciem campi siccaꝫ vehementer, et dixit ad me. fili hominis! putasne vivent ossa ista? et dixi Domine Deꝰ tu nosti: et dixit ad me vaticinare de ossibꝫ istis, et dices eis: Ossa arida audite verbum Domini, hæc dicit Dominq Deꝰ ossibꝫ his, Ecce ego intromittam in vos spiritum, et vivetis, et dabo sup vos nervos, et succrescere faciam super vos carnes, et superextendam vobis cutem, et dabo vobis spiritum et vivetis, et scietis quia ego Dominq, et prophetavi sicut præceperat mihi. Factꝫ est autem sonitu prophetante me, et ecce commotio: et accesserunt ossa ad ossa, unumquodque ad suam junctura. Et vidi, et ecce super eam nervi et carnes ascenderunt, et extenta est in eis cutis desuper, et spiritum non habebant: Et dixit ad me, vaticinare ad Spiritum, vaticinare fili hominis, et dices ad Spiritum, hæc dicit Dominq Deus: a quatuor ventis veni Spiritꝫ, et insuffla super interfectos istos, et reviviscant et prophetavi sicut præceperat mihi: et ingressꝫ est in ea spiritꝫ, et vixerunt, steterunt ꝫ super pedes suos exercitꝫ grandis nimis valde: et dixit ad me, fili hominis ossa hæc universa domꝰ Israël est, ipsi dicunt, aruerunt ossa nostra, et periit spes nostra, et abscisi sumus, propterea vaticinare, et dices ad eos; hæc dicit Dominq Deus. Ecce Ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulchris vestris, populꝫ meꝫ et inducam Vos in terram Israel, et scietis quia Ego Dominq cum aperuero sepulchra vestra, et eduxero vos de tumulis vestris, et dedero spiritum meum in vobis et vixeritis, et requiescere vos faciam super humum vestram, et scietis quia Ego Dominq locutꝰ sum, et feci. Agit Dominus Deus. Num intellexistis quod à vobis dubitabatur? et quid significant ea verba, optime, et verissime à Beato Paulo plato, à vobis vero ignorata; non acceperunt scilicet promissionem qui præcesserunt omnes: Deꝰ pro nobis melig aliquid providente, ut non sine nobis consummarentꝫ. Nostis quo pacto hæc est pmissio? et quando eam pmisit Deꝰ cum mortuorum resurrectionem non videret Israel, quia eorum corpora corrumpi videbat, et ossa perire, de salute sua desperavit et periit spes nostra, et abscisi sumꝫ. Arida facta sunt ossa nostra, idest corrumpimur ubi mortuorum resurrectio? quia corpora nostra corrumpuntꝫ, et in pulverem redigunturnam in hoc sæculo beatitudinem esse putaverunt tunc. Inquit: dixit Deꝰ ad prophetam propter id, in quo locoꝰ cum diceret arida facta sunt ossa nostra. vaticinare super ossa ista et dices ipsis. Etc: Postea subdit, vaticinare ad Spiritum, et prophetavit ut imperatum est: deinde, et scietis quia ego Dominus cum aperuero sepulchra vestra populꝫ meꝫ et inducam vos in terram Israel. Hæc est pmissio qm̃ pmisit, et pollicitus est Deus patribꝫ vestris per prophetam hunc se exsitaturum eos, et daturum ijs, scilicet dignis et mundatis vos terrena Jerusalem sempiternam, et sine fine, quam nondum accepe-runt, ut beatq inquit Paulꝫ, Deꝰ pro nobis melig quiddam providente: ut non sine nobis consummarentꝫ, idest ut non sine nobis illi resurgant, negꝫ stolam et splendorem corporis recipiant.

Ezechiæ 37.

recipiant anteqũ conservorum et fratrum resurrectionem expectent, et videant. cum vero totius mundi fuerit resurrectio consecuta, tunc Salvatoris Dei nostri promissio adimplebit, et universa hominum corpora resurgent, et utraq; simul anima et corpq; perfectionem una recipient, idest perfectam beatitudinem. Hujq; veritatis mee cum erit Lucas evangelista, in libro ubi apostolorum acta exposuit, cum dicit ad judaeos, Viri fratres, vobis verbum salutis hujq; missum est. Principes uestri hunc ignorantes petierunt a Pilato ut interficerent eum, cumq; consummassent omnia quae de eo scripta erant, deponentes eum de ligno posuerunt in monumento. Deus vero suscitavit eum a mortuis, qui visq; est per dies multos his qui simul ascenderant a Galilea in Jerusalem, qui nunc sunt testes ejus ad plebem, et nos vobis annunciamq; eam, quae ad patres nostros repromissio facta est, quoniam hanc Deq; adimplevit filijs nostris resuscitans Jesum. Quid? promissionem dicit quae ad patres facta est. Quam promissionem? mortuorum scilicet resurrectionem, quam confirmavit et declaravit nobis filijs patrum illorum per resurrectionem Jesu Christi a mortuis, cujq; resurrectionis nos veri testes sumq;: nostris enim oculis inspeximq;, et manq; nostrae palparunt, et ecce vobis annunciamq; Jesum Christum primogenitum, quia a mortuis resurrexit ad vera sua promissionis confirmationem. Nam per resurrectionem suam, mortem evacuans, universalem illam, et tremendam resurrectionem ostendit, quam pollicitq; est Patribq; nostris, ut ante dictum est, et ipse est qui promisit, et in seipso primum volens ostendit eam, cum ad mortuos venisset, et ab eis primogenitq; resurrexisset, quam in fine saeculorum omnibq; in communem praebebit. Idcirco et primogenitq; universalis illiq; resurrectionis Christiq; dicit, ut Paulus beatus exclamat, ut nobis ostendat eum authorem esse Dominum, et perfectorem ejus inquit enim. Christq; resurgens a mortuis primitiae dormientium factq; est, ut ipse undequaq; in omnibq; primq; esset, et ipsi omnia subjicerent. Et iterum Christq; mortuq; est, et resurrexit, et vixit, ut et mortuorum, et vivorum dominetur. Amplius qui suscitavit Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et constituet nobiscum. Praeterea: et nos rapiemur cum illis in nubibq; obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimq;. Idem Paulq; in apostolorum actis ut Lucas scribit, inquit, cum agrippa Rege sermonem habens. Vitam quidem meam Hierosolymis noverunt omnes judaei, praescientes me ab initio si velint testimonium perhibere, quoniam secundum certissimam sectam nostrae religionis vixi phariseus, et nunc in spe, quae ad patres nostros facta est a Deo repromissionis sto, judicio subjectq;. Inquam. 12. Tribq; nostra nocte et die deservientes, sperant devenire de qua spe accusor a judaeis, rex. Quid incredibile judicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat.

Lucas actu 13. recitata juntad verbum.

1 Timoth: 2.1.

Pauli ad Corin: 15.

ad Rom: 14. ad Cor: 2.4.

ad Thes: 4. act Apost. 26.

Sectio. IX.

Audisti hic de beato Paulo quomodo promissionem intelligat, cum Hebreis exponit, scilicet se corporum resurrectionem designare: idcirco ait. Si hoc sit promissio quam speramq;, quid incredibile judicatis vos? Si Deus suscitat mortuos, cum id pollicitus sit? haec est illa promissio quam pollicitq; est, idest corporum resurrectio, ne quidam ansa praeberetur dicendi, manducemq; bibamq;, cras morimur, et ut crederent aliud esse saeculum quod praesenti sit successurum, reliquum igitq; est quod beatq; Paulq; dicit non acceperunt repromissionem qui ante nos extiterunt, sive corporum resurrectionem, Deo pro nobis meliq; aliquid providente. Quid est hoc? nil aliud nisi ut nos producamur et simus in natura, nec illos perfectionem posse adipisci, anteqũ nos generemur, et ad esse perveniamq;. Sed et hoc recte a nobis declaratum est, ut arbitror, nec impedit apud Deum esse sanctorum animas, ut saepe dictum est. Ideoq; nobis molesti ne sitis dicendo sanctos nondum consecutos esse. Experti scimini oro vos fratres per viscera Domini nostri Jesu Christi, qui nos dilexit quamvis inutiles peccatores, et desperati essemq;, et qui animam suam pro nobis posuit ne ob malam

Gilogus

Invasionem

svasionem, et spontaneam malitiam fratres vestros ejgq fidei domesticos Deique gratia orthodoxos abjiciatis, neq Christianos ejgq fidei, et lingua participes repudietis, pro quibus Christus proprium effudit sanguinem ut omnes salvaret. Sed huc accedite, et nobiscum consistite, ut uno ore unanimiter cedamq Sanctos qua terus anima sunt cum Deo esse, et omnibq consentientibq ad Dominum exclamemus spiritus et anima Sanctorum laudant Te Domine, ut ỹ a nobis glorificati, nos vicissim glorificent, et pro nobis enixe intercedant apud premiorum datorem Jesum Christum et Salvatorem nostrum, ut nos sua societatis et ordinis dignos efficiat. Fiat.

Quinti Capitis
in Ejusdem Synodi Decreto contenti
RESPONSIO.

Quod juste vereque dictum sit, Papam Caput esse totius Ecclesiæ Christi.

Sectio. I.

Ecce nunc Quintum et ultimum Decreti caput accedit ut suam responsionem accipiat quemadm et precedentia. Ergo quia laborem explicandi, qua mihi de quatuor primis capitibq viderent non defugi, neguaqm decet hoc autem silentio involvere, aut debita responsione fraudare. Equum est igit omni adhibito studio et de hoc capite qua dici possunt adferre, ne et ipsum debita sibi careat portione, imo et alijs adjungat sacrorum patrum et doctorum divinis et theologicis testimonijs communitum, ut cumulate quod pollicitus sumq mesteng. Quid nam vero hoc est? Ecclesiæ Caput, Papæ primatq, quemadm Sa Synodi decretum aperte clamat. Preterea decernimq Apostolicam Sedem, et Romanum Pontificem in universum orbem primatum obtinere, eundemq esse Beati Petri principis apostolor Successorem, et ipsiq Christi in terris vicarium Patrem, et Magistrum omnium Christianorum. Hoc profecto nescio quomodo quis inficiari possit cum apertissime Christq et omnes doctores manifestiq quam si vel tonitrum personaret hoc ipsum vociferent. Christq ergo ante sua passionis tempa de Philippi Cesaream pergens, interrogavit discipulos suos dicens. Quem me dicunt homines, esse filium hominis? animadverte exquisitum theologici sermonis sensum. Nam quando de communibq hominum sententijs percontatus, apostoli accupant responsionem dicentes, per singulos, quidam Joannem Baptistam, alij dicunt Eliam, alij Jeremiam, alij unum ex prophetis. Quando vero de illorum sententia explicanda interrogat, et quam existimationem de eo haberent, cum diceret: Vos autem quem me esse dicitis? tunc nemo apostolorum locutus est, quia ipsi aliorum presides erant, Petrq autem ỹs, et totius orbis terrarum presidebat. Et ji quidem tanquam presides aliorum, aliorum sententiam explicabant, at cum Petrus apostolorum moses esset, pro illis adfert responsionem; Tu enim primatum veluti schola socij detulerunt, unde et audacter Christo respondet. Magister interrogas quem Te dicimq esse? Tu es Christq Filiq Dei vivi. Considera magnificam Petri confessionem: jdeo et Salvator ad eum. Beata es Simon Bariona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, non humana sapientia hoc te docuit, neq ab hominibus

verba decreti ex Concilio Florentino

Mathæi. 16.

nibus didicisti, sed Pater Meus qui in cælis est, hanc tibi admirabilem theologiam revelavit, Pater igit meus, te docuit: Ego autem tibi dico, quod tu es Petra, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et porta inferi non prevalebunt adversus eam: neq; hic substitit, imo progrediens dicit, et dabo tibi claves Regni cœlorum, et quæcunq; ligaveris super terram, erunt ligata et in cælis, et quæcunq; solveris sup terram, erunt soluta et in cælis. Quis ergo se Christianum profitens hæc abnegabit? nisi forte Christianismum exuere velit.

Sectio. II.

Sed quid ad hæc objicient, qui id oppugnant? ad omnes hoc dixit Christus ibi dicit, Joan:20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittent eis, et quor[um] retinueritis retinebunt: et alibi. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra Serpentes et scorpiones, et Luca.10., super omnem virtutem inimici: et rursus. Euntes in mundum universum, prædicate Marci.16. Evangelium omni creaturæ. Et alibi: Quæcunq; ligaveritis sup terram, erunt ligata et in cælo, Mathæi.16. et quæcunq; solveritis sup terram, erunt soluta et in cælo. Hæc et nos confitemur, dicimusq; quod in commune hos constituit magistros orbis terrarum, et omnibus gratiam tribuit peccata remittendi, quoniam usq; ad orbis terminos ipsos destinavit, necesse enim erat eos habere potestatem baptizandi, docendi, prædicandi et omnibus gentibus dicendi quæ opus esset. Cæterum erat utile vel potius necessarium hos caput habere ut inter eos esset ordo, ne sine capite aberrarent, unde confusio magis oriretur, quam unio; ex quo dissolutio, et ordinis perturbatio esset consecuta: quia ubi non est ordo, ibi dissolutio, nam ordinis perturbatio dissolutionis principium. Gregorius cognomento Theologus id confirmat, nam mundanos principatus videmus perturbari, discindi, atq; aboleri, quando inter se juncti non sunt: quoniam si duo de primatu regno decertent, utrumq; extinguitur, hoc et Salvator dixit: Omne Regnum in se ipsum divisum desolabit. Igit in commune ad omnes id Christus dixit, nemo negabit hoc, sed seorsim Petro. Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam et reliqua, ne oriret inter eos divisio ut diximus ac perturbatio. Si ergo ea vera sunt, quod mundana potestates quando desuncta sunt intereunt et dilabuntur: quomodo Christus potuit Ecclesiam suam amittere sine capite? ut confusio sequeret, et ex confusione destrueretur. Sed uti supra omnem ordinem posuit, et uti existens is qui ordinem constituit, voluit et ordine suam Societatem videlicet Ecclesiasticam contineri. Et ut ipse in terris erat caput, dominus et magister discipulorum et pater, et pastor; sic cum decrevisset ad Paternum thronum descendere Petrum prefectum ipsis constituit patrem, et Magistrum, et ut uno verbo dicam Suum Vicarium ac Successorem. Ostendit autem et alibi, ante suam passionem se principatum, primatum, et Petro tradidisse ubi dicit. Petre sæpius expetivit satanas ut vos cribraret Luæ:22. sicut triticum, ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. audis hoc, ego rogavi pro te, et illud; Tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Quid tibi videtur, scilicet confirmare fratres? Nisi eum esse illorum principem, et Matthæi:16. eos confirmare. Et alibi idem ostendit dicens: Simon vade ad mare, et mitte hamum, et eum piscem qui primus ascenderit, tolle, et aperiens os ejus, invenies staterem, illum sumens da pro me et te. Ex eo cognoverunt discipuli Petrum ipsis Principem præcessisse. Hæc Christus ipse antequam pateretur enunciavit ut dictum est. Post resurrectionem autem, ut Joannis tui Joan:21. filius videt qui scripsit Evangelium, Petrus intuens in jucundissimum Domini vultum inquit, Domine quid placet tibi ut ego faciam? Jesus interrogavit hunc ter: Petre amas me? Marc:c.3. et in unaquaq; interrogatione Pastorem illis designavit, dicens: Pasce oves meas, pasce agnos meos, qui terna interrogatione contristatus ajt ubertim flens: Domine tu scis omnia: tu scis quia amo te: Cujus Dominus triplici interrogatione, voluit triplici abnegationi mederi. Postea terræ constituit ipsum pastorem et magistrum, idq; multis rationibus et testibus ostendemus præcipue vero Joannes Damasci oculus in vita Barlaam et Josaphat indorum testatur ita Dicens:

Greg: nazi: cognomine Theologus.

Luca.11.

aufugit

Aufugit hostis diabolq ob Petri penitentiam pudore suffusq, at ille rursq princeps electq erat veluti terræ magister. Id et sapiens Leo Imperator in exapostolarijs dicit. Partim quidem post divinam resurrectionem ter, Petre amas me interrogans Dominus suarum ovium constituit pastorem. Partim vero simoni oves tradidit ad pascendum ut charitatem mutuam rependeret, rez quivens ab eo curam pascendi, et ideo dixit: Petre si amas me, pasce agnos meos. Petrus vero intelligens quod magnum est primatq, et multa virtutis egens videnscq Joannem quem valde Christus diligebat, qui sequebatur ajt: Hic autem quid? quasi vero dicens, me Domine et illa- gister designas caput discipulorum, hunc autem a te dilectum quid jubes esse? qui et petijt ab eo se- dere a dextris tuis, et anteqam peteret, curavit a matre id fieri, ut vel a dextris vel a sinistris collocaret ipsum in gloria Salvatoris: ex quibq aperte colligitur hic cathedra primatus. Quodsi de Celesti cathedra doctores hæc intellexerunt, tamen et hac pacto possumq interpretari. Sed ne cui occasio præberet exponendi quod de omnibq dixit discipulis, quacunq, Salveritis, et quacunq, ligaveritis: respondet Dominus velut eum increpans. Petre sic eum volo manere, donec rursq veniam, quid ad te? tu sequere me. Nam sequere nihil aliud ostendit, nisi sequere me hoc baculo Pastorali. ac veluti, quando ego vobiscum eram, custodiebam vos, cum Pater ejsem vester, caput et Magister, sic et tu sis pro me, et sequere me in hoc principatu docens, et confirmans fratres tuos, te enim in terra esse volo pro me. Ideoq, manet usq, ad hanc diem, et manebit Petrq Christum sequendo per successores suos, ut in oratio- nis progressu declarabitur. Ex his Salvator suam mentem ostendit, ut dictum est antegm passq fuerit, et post resurrectionem.

Joan: Damasc.

de eo Imperator ait extant no- bilia. Fuit prin- ceps magnæ vir- tutis et eruditi- tionis.

Joan: 21.

matth: 20.

Sectio. III.

Cæterum Sancti Patres et acta œcumenicorum conciliorum manifeste idem comprobant, quid igit juse adversq hac potestis afferre? nisi forte id quod a multis audio prædicari, duos hi vitam Petri non vivunt, nam ille pauper, hi vero sunt divites, et aliud vitæ genus nunc Papa ducit quam Petrq; quomodo est ergo successor ejus? duo animadverto hic reprehendi, quæ omitti non possunt. Primum qd ille pauper erat hic dives, Secundum aliud genq vitæ vivebat ille, aliud hic. Ad primum quidem sic illis respondenscq est, scilicet quod opes et ea quæ possidet non ipse sibi comparavit, neq per vim ab aliquo extorsit, sed ante multos alios annos, non tantum ante schisma et divisionem Ecclesiarum, sed paulo post Christi ascensionem in cælum, et ante Sanctam magnam et primam synodum magnq constantinq Imperator invictq Silvestro Sanctissimo Summoq Pontifici largitq est quemadm in edicto continetur, et in sacris canonum libris invenitur. Ad et hos id ad verbum apponemq ne aliud videamur asserre, quam propria ejq verba sonant.

his objectionibq in se- quenti plu- ribus verbis respondet.

Decretum cum Donatione magni Constantini Imperatoris propter Sanctum Silvestrum Romanum Papam.

habet hoc Decretum dist: 96. et in l. bono comelt pag: 301. in notis.

Æquum esse judicavimq una cum omnibq Satrapis nostris, et universo Senatu, optimatibq et cuncto populo imperio Romana gloria subjacente, ut sicut S: Petrq vicarius ejus divina persona filij Dei est constitutq in terris, ita et Episcopi successores principis Apostolorum a nostro concessum est imperio. Et volumq ipsum Principem apostolorum, et successores ejusq ex ejus persona, primos apud Deum esse patres, et defensores: Et sicut nostra imperialis potestas in terris colitur, et honoratur, ita ejq Sanctæ Ecclesiam Romanam venerantur honorari decernimq et amplig qm nostrum imperium terrenumq thronum. Sedem Sanctam Beati Petri gloriose exaltari. Sancimq etiam ut principatum teneat tam super quatuor sedes alexandrinam, antiochenam

Antiochenam, Hierosolimitanam, Constantinopolitanam quam etiam super omnes in universo orbe terrarum Ecclesias Dei: Et Pontifex qui per tempora ipsig Sc̃e Romane Ecclesie extiterit, celsior et princeps cunctis Sacerdotibg totig mundi existat. Et ejg judicio quæ ad cultum Dei, vel fidem Christianor̃, vel stabilitatem procurandæ fuerint disponantur. ℣. Quum est enim ut ibi divina lex obtineat apicem, et primatum, ubi Sanctg legislator Christg Jesg Salvator noster, misso Beato Petro jussit Cathedram tenere, et ubi Crucis patibulum pasig est, et beata mortis calicem bibit, vestigijs inhærendo Sui Nostrig magistri, et ibi gentes capita inclinare propter confessionem Nominis Christi, ubi eor̃ magister Beatg Paulg protensa cervice propter Christum coronam martyrij suscepit, et ut usg ad mundi consummationem ibi quærant magistrum ubi Sanctor̃ suor̃ reliquiæ conquiescunt, et ibi proni et in terram procidentes celestis Regis Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi ministerijs inserviamg ubi servivimg superba diabolo: ℣ Tradimus igit̃ ijsdem Sc̃is apostolis beatis Petro et Paulo, et post hos beato Sylvestro et omnibus successoribg ejus, qui usg ad consummationem mundi ascensuri sunt ad sedem beati Petri; Ad hoc die Palatium imperij nostri Lateranense, quod omnibg mundi palatijs præstet, et supereminet: Deinde diadema, sive Coronam Capitis Nostri, simulg et eorum, nec non et superhumerale quod imperiale solet circumdare collum, verum etiam Chlamidem purpuream, atg tunicam coccineam, et omnia imperialia indumenta, seu etiam dignitatem imperialem præsidentium equitum: Conferentes ei etiam, imperialia sceptra, simulg cuncta signa, et banda, et reliqua ornamenta imperialis culminis, et gloriam potestatis nostræ. Viris etiam diversi ordinis Reverendissimis Clericis Sc̃æ Romanæ Ecclesiæ servientibg illud culmen singularis potentiæ et præcellentiæ habere sancimg: cujg amplissimum noster Senatg videt̃ gloriâ adornari, idest patricios, et consules effici, nec non et cæteris dignitatibg imperialibg eos promulgamg decorari. Et sicut imperialis est decorata militia, ita clerum Sc̃æ Romanæ Ecclesiæ adornari decernimg, et quemadm̃ imperialis potentia diversis officijs cubicularior̃ nec non et hostiarior̃ atg omnium excubitorum, ita et Sanctam Romanam Ecclesiam decorari volumg. Et ut amplissimè pontificale decus perfulgeat, decernimg ut Clerici ejg Romanæ Ecclesiæ linteaminibg, idest candidissimo colore decoratos equos equitent, et sicut noster Senatg calceamentis utit̃, sive sandalijs albo ex linteamine, ita et cælestia sicut terrena in laudem Dei decorent̃. Præterea omnibg autem licentiam tribuimg et concedimg Beato Silvestro Episcopo Papæ Romanæ urbis, et successoribg ejg beatis Episcopis, ad honorem et gloriam Dei et Salvatoris Nostri Jesu Christi, et magna apostolica Ecclesia, ut si quis Senator, propio consilio clericare voluerit, et in Religios̃or̃ numero clericor̃ connumerari in magna in Magna et apostolica Ecclesia, nullg ex omnibg præsumat impedire. Præterea decernimg, ut ipse Religiosissimg pater Silvester magnæ Cppg et ejg successores omnes Episcopi ferant diadema, sive coronam, quam ex capite nostro ipsi tradidimg ex auro purissimo, et pretiosis margaritis, ut ipsi ad ornatum capitis utant̃ ad laudem Dei, et honorem Sc̃i apostolor̃. Ipse vero Beatg Papa Sylvester sub corona sive papalithria quam habebat ad gloriam Dei et Sc̃i Petri, noluit ferre coronam ex auro et Margaritis, et ideo quia ipse noluit ex auro coronam, nos splendidissimum eorum quod significat Sanctam resurrectionem capiti Sancto ejus nostris manibg imposuimus, et tenentes frænum equi ipsig pro reverentia Beati Petri, stratoris officium illi adhibuimus. Statuentes

verba his duobg signis inclusa in vulgatis desiderant̃ non in Concilior̃ tomo.

statuentes eodem loco omnes ejus successores singulariter uti in processionibꝫ ad imitationem imperij nostri. Unde ut pontificalis apex non vilescat, sed magis quam terreni imperij dignitas, gloria, et potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum ut prædictum imperij dignitas, gloria, et potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum ut prædictum Romanam Urbem, et omnes Italiæ, sive occidentalium Regionum provincias, loca Civitates, Castra, Beatissimo Pontifici et Patri nostro, et universali Papæ Silvestro tradidimꝰ, atqꝫ reliquimꝰ ipsi et Successoribꝫ ejꝰ potestatem et robur firmum imperialis jussionis. Et per hoc divinum jussum, et pragmaticum constitutum Sanctis Patribꝫ Romanæ Ecclesiæ in perpetuum decernimꝰ permanenda. Unde congruum perspeximꝰ, nostrum Imperium, et Regni potestatem ad orientales transferri regiones, et in Bizantia provincia Optimo loco, nomini nostro Civitatem ædificari, et nostrum illic imperium constitui. Quoniam ubi principatꝫ Sacerdotum, et Christianæ Religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutum est, justum non est ut illic imperator terrenꝰ habeat potestatem. Hujꝰ vero imperialis Decreti paginam propriis manibꝫ roborantes, super venerandas reliquias Sancti Apostoli et Principis Petri posuimus, et ibi juravimꝰ hæc omnia incaccussa servare, et Successores nostros Imperatores, in archivis nostris hæc custodire, tradidimꝰ Patri nostro Sancto, et universali Episcopo et Papæ, et per eum omnibꝫ Successoribꝫ ejus Episcopis. Domino et Salvatore nostro Jesu Christo annuente, jubemꝰ omnia quæ supra scripta sunt firmiter in sæcula observari.

Finis hujus decreti evanid ab impressis.

Sectio. IV.

Videꝫ quo pacto invictꝫ Imperator magnꝰ dico Constantinꝰ is fuit, qui elargitꝫ est quæ nunc ab Ecclesia possidentꝫ quodꝫ neqꝫ per vim accepit, neqꝫ alicui extorsit, et quod cuncta ad honorem et gloriam cælestis Regis terrenꝰ consecravit: quodꝫ omni reverentia et pietate adhibita, liberalissime Ecclesiæ donavit. Ea accepit Silvester duas potissimum ob causas, unam quidem propter fidei fervorem, et Imperatoris propositum, ne ejus animi pietatem scandalizaret si munus rejecisset, alteram ut Ecclesiæ reverentiam apud omnes excitaret quæ egestate premebatur, et persecutionem patiebatꝫ et contemnebatꝫ ab impijs ab impijs tirannis et imperatoribus qui Constantinum præcesserant: ad hæc ut terrena potestate frueret, quoniam complures habebat adversarios et tunc, et in præsentia habet, spirituales, et mundanos. Qui mentem habet intelligat, nam in egestate constituta, denuo fuisset exagitata, ut sub Constantino evenit, et sævior consequeret persecutio, quam tunc sub quibꝫdam qui palam quidem Christianismum profitebantꝫ clam vera græcam religionem amplectebantꝫ: negantes penitꝫ Christi in carne præsentiam, sæpiꝫ tentantes eam imminuere, et ad nihilum redigere. Tertiam quoqꝫ responsionem merito adjungemus, quod primi admirabiles Summi pontifices multo ante puderunt, et omnino primus Beatꝫ Sylvester, scilicet quod in extremis diebꝫ apud homines fides imminuenda foret, nec eundem fervorem et reverentiam habitura quam jam inde a principio obtinebat inops et egens Christi Ecclesia: quodꝫ habentes præsaluri forent, non habentes autem pro nihilo futuros. Propterea decreverunt ut aliquid haberet ad sumptꝫ faciendos Ecclesiæ, ne ab illo contemneretur. Quicunqꝫ enim Romanam Ecclesiam conspexerint, ut ipse conspexit, quadamꝫ reverentiam reges terræ, et principes eo se referentes ipsi exhibent, ij profecto mecum testabuntꝫ me vera dicere: nam si inops esset in nullo prorsus honore haberetꝫ apud eos qui inani gloria tantum permoventꝫ, et per vim coli volunt. Quid ergo? ideo non est Ecclesiæ et hac de causa non debemus obedientiam, et honorem ei præstare quod opulenta est? et potestatem magnam habet, absit tanta absurditas: nam et Christum met insimulabimus qui mendicus natus est, et mendacitatem exercuit et inopiam prædicavit, postea docuit se esse terræ Regem sempiternum et vivum: Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra. Et iterum. Quando veniet filius hominis in potestate sua, num dices hæc vera non esse? minime profecto minime. Itaqꝫ Ecclesia contigit ut Sponso ejꝰ Christo, scilicet inopem esse genitam ex infructuosa judæorum synagoga; palatium vero effectam

hæc videntur referri ad juvianum apostatam et alios imperatores hæreticos.

matth. 28 et. 12.

divitem

diritem ex aqua videlicet et spiritu, nunc autem opulentam magnamq; potentiam consecutam. Ad secundum quod summi Pontifices in presentia Petri vitam non vivunt respondendum, quanqm asperum alicui dictu videbitur. Si presidem, fratres Romane sedis incusatis, cur non incusatis et orientis pontifices? qui veterum Pontificum et apostolorum vitam non vivunt? hoc est Alexandrinum qui non vivit sicuti Marcq Antiochenum sicut Ignatiq cognomine Deifer: Hierosolimitanum sicut Jacobq, qui fuit Domini frater: Constantinopolitanum sicut andreas Protoclatus, sed Romanū tantum reprehendere vultis. Quanam id de causa? quia Latinq barbam radit et sta Jeria et parasceve oleum ac pisces comedit. Hec igit sunt que carpere scitis, avaritiam, ebrietatem, inscitiam nescitis carpere. Si peccatores uti vos arbitramini sunt Romani Pontifices, quid ad vos? non nostrum est disquirere et damnare nostros principes: Propheta aperte clamante. Principi populi tui non maledices. Sed nec insurgere adversq pastorem ovibus licet: audimq enim dicentem Dominum. Super cathedram Moysis sederunt scriba, et Pharisei, omnia quacunq; dixerint vobis facere facite; Secundum vero opera eorū nolite facere quoniam poterant et illi domino respondere, non tenemur pontificibq obedire, quamvis in Moysis Cathedra sedeant, quia sunt peccatores: at id non dixerunt, sciebant enim quod in Cathedra Moysis sedeant, ostendit eos potestatem Moysis habere, quangum essent peccatores, et Moysis vitam non vivevent, quod prophete, et Sancti non erant sicuti Moyses: ita et hi, Beati Petri sedem reqsunt, potestatemq; illiq habent, ac veluti principatum gerentes, et Dominiq; jubent, nos vero subdimur. Sin autem vitam Petri non vivunt, in villicationis die, rationem verbo reddent. et nos pro illis non reddemq. Quod enim eis non debemq agimq, et obedientiam pro virili exhibemus. Beatum Gregorium audite dicentem: Oves pastores nolite pascere, neq; ultra fines vestros insurgere, satis est vobis si bene pascamini.

Respondet 2da objectioni, supervenem vitā pontificum.

Greci Sacerdotes non ingrediuntur lavabo ut latini solebant, nec tempore quadragesime pisces cum sanguine comedunt, nec die veneris, oleum, nec in Hebdomada.

Gregor. orat. 11.

Sectio. V.

Sed ut penitq os vobis obstruam ostendere vobis ex testimonio Sanctor doctor Ecclesie incipiamus, quod Romana Ecclesia alias antecellat, et Monarchiam obtinet tanqm int cateras, potior, atq excelsior. Inquit anacletq Sacrosancto Romana et Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino et Salvatore Nostro primatum obtinuit, sicut Beato Petro Apostolo dixit. Tu es Petrus et sup hanc petram edificabo Ecclesiam Meam; quam Beati Trini Apostoli Petro et Paulq suo martyrio consecraverunt. Divq Marcellq ita scribit. Rogamo vos ut non aliud doceatis, et sentiatis quam quod à Beato Petro et reliquis apostolis, et Patribq accepistis: Ipse enim est caput Ecclesia totius: cui ait Domino tu es Petrq et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, Ejq enim sedes primitq apud vos fuit, qua postea jubente Domino Romam translata est, cui adminiculante gratia divina, hodierna presidemq die. Item Leo papa ait: Cum Beatissimq Petrq apostolq à Domino acceperit principatum, et Romana Ecclesia in ejq remaneat institutis, nefas est credere quod S. Episcopq discipulq illiq Marcum, qui alexandrinam primq gubernavit Ecclesiam, aliis regulis et traditionibq sua decreta firmaverit: cum sine dubio de eodē fonte gratia unq spiritq discipuli fuerit et Magistri: nec aliud ordinatq tradere potuit qm quod ab ordinatore suscepit. Praterea hoc decreto Constantini confirmat, quod in canonicis constitutionibq legit, in quo preter alia multa et hoc habet. Decernentes sancimq, ut Sacrosancta romana Ecclesia principatum teneat, tam sup quatuor Sedes Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolimitanam, Constantinopolitanam, qm etiam sup omnes in universo orbe terrar Ecclesias Dei: ex quo colligere possumq eum Romanam Ecclesiam veluti principem omnibq preponere, cui non solum antiochia Ecclesia verum etiam Constantinopolitana, et reliqua commendant. Gregorius Dialogus ita dicit. Constantinopolitana Ecclesia Sedi apostolica subjecta est. Item ex Synodo Constantinopolitana. Constantinopolitana inquit civitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum. Ad hec anacletq dicit. Romana sedes primatu Dei gratia exornat, quod à Domino, non ab alio eum cepit, et sicut cardine ostium regit, sic hujq Apostolica Sa Sedis

Anaclet. distinct. 22 sacrosanc.

Marcel. decret. c. 2. quæst. 1. c. rogamq.

Leo papa ibidem

Greg. decret. distinct. 23. c. de Constantino R. Anacl. distinct. 23. c. Sacrosanc.

auctoritate

authoritate, omnes Ecclesiæ Domino disponente regerentur. Item Callixt. dicit: Non decet a capite membra discedere, sed juxta Scripturæ testimonium omnia membra Caput sequantur, nulli vero dubium est, quod apostolica Sedes Mater est omnium Ecclesiarum, a cujus regulis nullatenus nos convenit declinare. Item Gregorius aperte dicit. Nulli fas est vel velle vel posse transgredi apostolicæ Sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium. Sit ergo ruina sua dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis, nec totum deinceps inter Sacerdotes habeat, sed exors fiat à Sancto Misterio! Item Cypriana Sūma dicit. Qui cunq; Petri Cathedram in qua Ecclesia fundatur dereliquerit, in ea ulterius esse non audeat. Item Nicolaus Summus Pontifex ita scribit. Romanam Ecclesiam solus Christus fundavit et supra petram fidei mox nascentis erexit: qui beato Petro eterna vita claviero terreni simul et celestis imperij jura commisit: non ergo qualibet terrena sapientia, sed illud verbum quo constitutum est cælum et terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam. Illius certe privilegio fungitur, cujus authoritate fulcit: unde non dubium est, quia quisquis cuilibet Ecclesiæ jus suum detrahit, injusticiam facit; qui autem Romanæ Ecclesiæ privilegium, ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labit; et cum ille vocetur injustus, hic est dicendus hæreticus: fidem quippe violat, qui adversus eam agit, quæ est mater fidei. Item Pelagius addit. Turpissimum est schisma, quod homines eodem modo ab alienigenis potestatibus conterent, et canonica Scripturæ authoritas, et antiquorum casuum veritas docet. Qui igit ab Ecclesiastica Sede scinditur, in schismate ipsum esse nemo ambigit; quod adversus Romanam, et æquanimicam ecclesiam conat mensam erigere, et ut schismaticum est Romanam Ecclesiam pro capite non habere, sic et hæreticum jura ejus auferre. Apertum est enim, quod quicunq; ab unitate fidei, vel Societate Petri apostoli quolibet modo semetipsos separaverint, tales nec vinculis peccatorum absolvi, nec januam possunt regni cælestis ingredi. Et hæc quidem occidentales Patres, doctores, sine tergiversatione sic uti vides, et aperte pronunciant. Secundum hos, orientales quoq; doctores in testes adducemus, eosq; inter se consentire manifestissime comprobabimus.

Gregi. dist. 19. c. nulli

Cypriani.

Nicola: dist. 13. c: omnes.

Ex hoc loco convincit, ubi dicunt hæreses ea quæ pars Regia ratio tribuit. Gratian. c. 24. q: 1. c: quicunque

Hæc postrema sonda Gratianus. Zeno c. 24. q. 1. c: quicunque Pelagii verba sumpsit ea tamen cum reprehensione quod Gennadius hæc decreverit: Græcis linguæ translatum Damasceni incipit posse ab authoritate doctorum orientalium.

Sectio. VI.

Et primo Damasci præclarum lumen accedat, hic enim in oratione in Dominis transfiguratione à se conscripta, cujus principium est. Ea festum diem celebramus, o Deo chara societas! post alia multa sic de proposita quæstione disserit. Ut homo quidem interrogationem apponit, ut vero Deus latenter ostendit, qui proxime secuturus est, quem sua præcognitione prædestinavit dignum Ecclesiæ præsidem, hunc tangit Deus inspirat, et per eum loquitur. Qualis autem est interrogatio? quem me dicitis esse? at Petrus ardenti incensus zelo, et Sancto actus Spiritu, respondit, Tu es Christus Filius Dei vivi. O beatum os, o labia felicissima! et paulo post. Hæc est fides recta et inconcussa super quam ut super petram Ecclesia est firmata, ex qua digne cognomen accepisti, hanc porta inferi hæreticorum ora dæmonum machinamenta incursionibus vexabunt at non prævalebunt: armis oppugnabunt, et non vastabunt. tela infantium sunt, et erunt eorum vulnera, languescent illorum lingua, et in ipsos convertentur, sibi ipsi perniciem struit, qui se opponit veritati, hanc ipse suo redemit sanguine: tibi vero ut fidissimo servo in manus tradit, hanc inconcussam, et mensuram tuis precibus serva, quia nunquam subvertet, nunquam vastabit: secura fiducia Christus dixit a quo Cælum firmatum est, terra fundata, et inconcussa manet, nam verbo cæli firmati sunt. et paulo post, Christum deprecare, qui te regni clavigerum prædicavit, qui peccata ligare, et solvere est elargitus: et post alia quædam, rursus dicit. Sed cur Petrum, Joannem, Jacobum assumpsit? Petrum, ut vere ostenderet testimonium à Patre testificatum, verbaq; a se dicta comprobaret, quem eodem Pater cælestis ei revelavit, et ut eum qui princeps futurus erat, et totius Ecclesiæ Principatum obtinenti, claves traderet. Animadvertis, quod Petri ut præsidi, et totius Ecclesiæ Principatum obtinenti, claves tradidit. profecto surdo aspidi, et aures obstruenti sunt similes, qui nec audire volunt, nec videre, nimirum inquiunt. At Petro tantum hoc datum est, sed non ejus Successoribus.

objectio

Hoc ut à fatuis prolatum verbum, omnisq; sensq expertibq silentio preterire oportebat, quæ
niam nulla plane indiget responsione. Sed in gratiam eorum qui volunt eos strenue propellere
id ipsum ut omnis insciticia refertum refellamq, alioquin si id concesserimus, Catholicam fidem
subverteremq, et Christum falsum predicabe diceremq, et alia infinita absurda inde seque-
rent. Si Christi fides usq; ad Petrum et ceteros apostolos perdurovit, postea vero non: si Petro
tantum, et apostolis tradita est, at non ejus Successoribq. O stulticiam nimis apertam! o men-
tem perversam! quomodo Synodi sunt constituta in Ecclesia subsidium? quomodo canones Sy-
nodales instituti sunt, si potestatem non habuerunt? Quomodo magnus Constantinq obedi-
entiam Sylvestro exhibuit in omnibq tanqm Petro? ut antea ex ejus decreto scriptum est.
Quomodo Romanor Imperator, Alexandro papa inclinata cervice collum ejus pedi submisit? —
cum diceret, super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis Leonem, et draconem;
at ille respondit: Non tibi sed Petro obedientiam exhibeo, at Pontifex; Et mihi, et Petro. Quomodo
igit non erubescitis hoc pronunciando? quomodo hæretici a summo Pontifice fuissent expulsi, a Sa-
crisq, concilijs, si usq; ad apostolos Ecclesia valuisset, postea vero non? Quomodo hæc non dixerunt
qui per temporum vices hostes et inimici Ecclesiæ Dei extiterunt, hæretici nimirum, ille enim
ab œcumenica pulsi, et exagitati hoc dicere non audebant, vos vero hæc asserentes, illorum
defensionem suscipere videmini. Oportet igitur Arium, Macedonium, Nestorium Dioscorum
Severum, ceteros q, impijq illiq cath hæreticos resurgere, gratiasq, vobis reddere, et obnoxios esse,
quia quod illis ne in mentem quidem unqm venit, vos cor susceptæ defensione assertis. Sed quod
multa et infinita absurditates hinc exorient, et cæcis est manifestum, ideoq, satis de his.

jdatur quod non
solum Petro, sed
et ejq Successo-
ribq sunt tra-
dita claves.

Federico
primo Enea
barbo fuit
acerrimus
hostis Eccle.

Sectio. VII.

Adferemus etiam alia testimonia et sententias Sanctor Doctor Ecclesiæ aperte com-
probantium propositam à nobis quæstionem, quod Pontifex Romanq totiq Ecclesiæ ca-
put est, et magister, et ipsi tantum datum est judicare, et de fide inquirere et ordinare
totum orbem terrar, atq; hæreticos sediq pellere, et orthodoxos restituere. Ac primum
vobis Sententiam latam contra S. Chrysostomum in hoc testem adducemq, quâ injus-
te damnatq est ab ijs qui Constantinopolitanas res gerebant, et exilio mulctatus:
cujq rei Innocentiq Papa certior factq, Imperatorem cum uxore Cæterisq; Sacerdo-
tibq et pastoribq excommunicationi subjecit. ea conditione nisi Chrisostomum
in suam sedem revocaret, nam de Chrisostomo lata sententia, et in gratiam Eudoxiæ
damnato, in Cucusum Armeniæ oppidum, acerbo exilio ablegarunt, quam rem is
ad Innocentium Sinum Romanum Pontificem detulit, non enim habebant alio quo confugere,
orientales Pontifices, nisi ad Romanum Pontificem, cum injurijs afficerent. Dictum Domini
ad Petrum in memoriam revocantes. Et tu aliquando conversus confirma Fratres Tuos. Quâ
ob rem divq Innocentius S. Joannis acceptis literis, Constantinopolim scribit, ut Joannem
in Suam Sedem restituant. quibq dicto non parentibq, ac Joanne vita functo, iterum ad Arca-
dium et Eudoxiam Imperatores literas scribit hujq exempli.

Chrisos
tomus e-
sul. ad Im-
per. con. Ana
Papam. confu-
git.

Epistola Innocentij Papæ.

hæc epi-
stola ad ver-
bum repe-
rit apud
Nicephor.
l. 13. et tota
hæc res mul-
tis verbis a-
pud latinos
desiderat.

Vox Sanguinis Joannis fratris mei ad Deum clamat adversq te o Imperator! ut olim ju-
sti Abel, contra fratricidam Cajn: sed omni ratione vindicabit, neq; id commisisti tantum
verum etiam pacis tempore persecutionem magnam in Ecclesiam Dei, et Sanctos Ejus
instituisti, Magnum terræ doctorem è sua sede indemnatum pellendo. Christum etia
una cum eo insectaq, neq; vero vicem ejus doleo, quia is hæreditatem accepit cum San-
ctis apostolis in Dei Salvatoris Nostri, Jesu Christi regno: quanqm non ferenda est ea
jactura; Sed animo angor primum reputans salutem animar vestrar, postea ob eos
qui illa destituent, et exuriunt sua sapientissima doctrina præceptis, ac monitis imbu
Neq; solum Constantinopolitana civitas detrimentum sentit, ejq mellifluæ linguæ, sed et omnes
occidentalis plaga est viduata eo amisso divino viro unius mulierculæ suasu, quæ hanc voluit
excitari tragœdiam. Verumtamen hujq immundi cultionem ea non effugiet, et æternam postea
paucis diebq

paucis diebꝰ interjectis sentiet decedendo. Quamvis enim B: Joannes hanc vitam reliquerit fidem tuendo, et fluctuantes firmando, in sempiterna tamen secula inexhaustam gloriam atꝙ immortalem est consecutꝰ. At hæc nova Dalida Eudoxia sensim errorꝫ novacula te abradens, adversꝰ semet maledictionem comparavit, ex ore multorꝫ vincriendo onꝰ peccatorꝫ grave, atꝙ intolerandum, hoc preterea adjuncto proxime perpatratis sacrilegijs. Ideo ego peccatorꝫ et minimꝰ, ut cui sedes est credita magni Petri apostoli, interdico tibi et illi participationem intemeratorum mysteriorum Christi Dei nostri. Preterea quemcunqꝫ Episcopum vel Clericum in ordinibꝰ constitutum Sæ Dei Ecclesiæ, qui ausꝰ fuerit auxilium præbere et communicare vobiscum, ex quo tempore legeritis presens vinculum, deponi jubeo. Quodsi vos, ut potestatem habentes, alicui vim inferetis, et transgressi fueritis canones vobis traditos à Salvatore per Sꝫ Apostolos, scitote quod non ad parvum vobis imputabit peccatum in tremenda die judicij, quando non poterit ulla dignitas mundana prodesse, et quæ latent in omnium conspectum auspicienda fundent. Arsacium vero, quem vos in Sedem Episcopalem pro magno Joanne induxistis, post mortem etiam deponimꝰ, cum Omnibꝰ ejꝰ secta Episcopis atꝙ socijs. Indignꝰ enim est tanqm adulter Episcopatꝰ: nam omnis plantatio quam non plantavit Pater meꝰ celestis eradicabitꝰ, nec nomen illius in Sacris voluminibꝰ inscribatur. Theophili depositioni addimꝰ excommunicationem, anathematizationem, et plenam à Christianismo separationem. Animadvertis ex hoc loco Authoritatem illi divinæ Sedis? quod non solum viventem deposuit Arsacium, verum etiam defunctum Arsacium dicit, quem in Sedem Joannis induxistis, et defunctum deponimus quod idem est, acsi dixisset, nolumꝰ eum in libro Pontificum inscribi in futuro judicio. nam in eo facile jubemus Joannem aureum Constantinopolitanum Pontificem esse nunc et in futurum, Arsacium nullo pacto. At Theophili Alexandrini depositione?: eo quod in Synodo Thessalonica coacta in Eudoxiæ gratiam curavit ut damnaretur, et in exilium pelleretur Chrysostomus:? Non fuit contentꝰ divinꝰ hic Summꝰ Pontifex, quanqm Synodalis erat depositio, coramꝙ legatis, adjecit excommunicationem, o malum, et plenam à Christianismo separationem. O rem admirabilem! Eum qui semel Baptizatꝰ est in nomine Sꝫæ Trinitatis, et Christianorum in albo inscriptꝰ, hic de libro delet, et exuit Christianismo: Hoc liquide ostendit potestatem quam habet illa divina Sedes. Si ergo ut vos dicitis, Petro tantum tradita est non ejus Successoribꝰ, quonam pacto Theophilꝰ, Arsaciꝰ, Arcadiꝰ, Eudoxia, et cæteri a Romano pontifice depositi, et damnati, non responderunt: Tuas reprehensiones non æstimamꝰ, quòd Petro tantum non tibi datum est id: at id quidem non potuerunt, nec dicere ausi sunt, imo veniam erratorum ab eo petierunt. Sed hoc plane sufficit, ut arbitror ad comprobandum Petri et reliquorꝫ Apostolorꝫ Successores eandem potestatem obtinere, negꝫ minorem horum Successores.

Eudoxia ut scribit Zonaras partu obiit, nondum 3bꝰ mensibꝰ expletis a Chrysostomi exilio.

Dalida Samsonis Amasia. Judicum xvi. 6.

Excommunicatio hic Arcadij et Eudoxiæ inseratum

vide Nicephori lib. 13.

Sectio. VIII.

Hanc ad alios pbationes, et indubitata testimonia accedemꝰ quod is et non alius caput est plenitudinis Ecclesiæ, ex epistola Imperatoris Justiniani ad Epiphanium Constantinopolis Patriarcham in S: Synodo Trulli ab ipso cõacta, cujꝰ principium. Imperator Justinianꝰ augustꝰ. Cum recta et inculpata Religio, quam profitetur, et prædicat Sꝫæ Dei Catholica et apostolica Ecclesia, nullo modo innovationem admittat. nos doctrinam apostolorꝫ Sanctorum, et eorꝫ qui post illos in Sanctis dei Ecclesijs versati sunt, sequentes æquum esse existimavimꝰ: notam et testatam omnibꝰ spem quæ in nobis est relinquere, et cætera Ejusdem Cpolæ, in qua aperte perspicit fides, et confessio ipsiꝰ ergo Catholicam Ecclesiam. Postea in sequenti alia Epistola, cujꝰ principium. Idem Imperator, Epiphanio Sꝫmo et Bꝫatissimo archiepiscopo hujus Regiæ urbis et Œcumenico Patriarchæ hæc scribit. Cum Tuam Sanctitatem scire velimꝰ omnia quæ ad Ecclesiasticum statum pertinent, necessarium esse du-

Habet tota hæc epistola apud Justinianum in nova Constitut. 7.

in vulgatis conciliꝰ Justiniani 2dum hæc Epistola, aut aliquæ posteriores, deficit, ex antiquis codicib.

ximꝰ

simus hac Epistola significare, et per eam eidem aperire, quæ innovata sunt, quæ et Eam dem scire confidimus. Nam cum hic quosdam alienos a sancta Catholica et Apostolica Ecclesia invenerimus, sectantes errorem impiorum Nestorij et Eutichetis, et eor blasphemijs uti, divinum promulgavimus edictum, quod et Tua Sanctitas novit, quo hæreticor insaniam confutavimus cum nihil penitus immutaverimus, vel mutemus vel transvrediamur Ecclesiastici Status, qui hucusq; Deo favente perduravit, ut Tua notum est Beatitudini, sed p omnia servamus statum unionis Sanctissimarum Ecclesiarum, quæ cum Sanctissimo Papa et Patriarcha veteris Roma transacta est, ad quem his consentaneà conscripsimus, nunqm enim feremus quin omnia ad Statum Ecclesiasticum pertinentia ad illius beatitudinem, uti ad Caput Sanctissimor Dei sacerdotum deferantur. Et quia quoties in his partibus hæretici exorti sunt, sententiâ et judicio illius venerandæ sedis sunt repressi. Licet et nobis dicere sic, et concludere, quod omnes qui volunt et habent ipsum pro capite, Sancti sunt, et veri Dei Sacerdotes, et servi fideles: qui vero nolunt, neq; habent eum pro capite, non sunt Dei Sacerdotes. Ita enim Se illa Synodus decrevit, cum dicit, ut Capiti omnium Sanctissimorum Sacerdotum Dei. Quod vero judicium omne Ecclesiæ Dei in eo situm sit audi! quod quoties in his partibus, orientalibus scilicet, hæretici exorti sunt, judicio, et sententiâ ejus sunt repressi. quare qui eum non sequuntur, schismatici sunt, et in hæresim dilabuntur: Ideo cuncta quæ agunt, adulterina sunt, et inutilia. Hujus rei testis est Synodus Carthaginensis, in epistola quam Se Synodus Carthaginensis, et Magnus Cyprianus ad Jovianum dedit: cujus est principium. Cum in unum convenissemus dilecti fratres inquit, cum sit unum baptisma, unus Spiritus Sc. una Ecclesia, unione fundata sup Petrum apostolum, jam inde a Principio, ut Christus Dns noster dixit. Propterea omnia quæ ab ipsis scilicet schismaticis et hæreticis aguntur, falsa, stulta, inania, adulterina sunt. Audis quod adulterina et inania vocat quæ præter jussionem ejus sunt gesta? Sic cum ab omni parte fides exagitaretur, inde præsidium parabatur; Anastasius Sti Maximi discipulus, inquit: Cum fides concussissime ab omnibus exagitaretur, nisi speciali gratia opem tulerit, qui semper succurrit, semine Religionis apud veterem Romam nobis relicto, ad confirmandam promissionem mentiri nescium, quæ facta est Principi apostolorum. Quænam est promissio? quæ facta est Principi, si nostis illud est: Ego oravi pro Te ut non deficiat fides tua; et illud confirma fratres tuos: et illud, porta inferi non prævalebunt adversus eam. Ex disputatione S. Maximi cum Theodosio quodam, Cæsarea Episcopo. Theodosius Excipe vocem, neque scruteris illius sensum. Maximus: Novas profecto, et ab Ecclesia alienas de vocibus inducitis leges, si secundum vos non opus est Scripturarum et patrum voces scrutari, totam scripturam abjicimus veterem et novam: audivi enim Davidem dicentem. Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirent eum: et iterum Mirabilia testimonia Tua, ideo scrutata est ea, anima mea. Et Dominus in Evangeliis, inquit. Scrutamini scripturas. Certior ergo fiat Domine meus, quia non feram excipere vocem sine sensu qui in ea latet, ne fiam manifeste judaus. Theodosius. Si quid dixerint patres dico; et id scriptura facio, duas naturas, duas voluntates, duas operationes, ingredere nobiscum, adjungere, et unio fiet. Maximus: Domine non audeo hac de re a vobis capere offensionem, cum sim simplex Monachus, sed quoniam pepigit vos Deus excipere sanctorum Patrum voces ut canon docet, Romam de hac re scribite, vel Imperator, vel Patriarcha, vel Synodus quæ ibi est: et post alia. Neq; vitabit Imperator vel Patriarcha imitari Dei humilitatem, inter seseq; concorditer constituere, synodali petitione ad Romanum pontificem transmissa, et omnino si reperiatur ratio Ecclesiastica quæ id concedat ob rectam fidei confessionem convenite sup hoc inter vos.

huj rei meminit Cyprianus pauc Diœcesis Subalbanum vocat, quem hic Senadio Jovianum.

Anastasius Sti Maximi discipulus

Sti Maximi disputatio.

Dial: II a. Dial. 129. Joan: 5.

Sectio. IX.

Vides, tu non vis Petri successores eandem cum Petro potestatem habere, quomodo non alius ex Patriarchis potest de fide disquirere, et ordinare, tantum nisi Romanq Papæ? quo pacto hæc audetis dicere? et impudenter blasphemare? nam hæc de vobis solum audire exhorresco, nedum asserere scilicet, quod Christi fides, usq; ad Petrum permansit, post Petrum et usq; ad hanc diem non permansit. Vos vero qua ratione id dicatis, quod totum est blasphemia, mirum est, quoniam si hoc concesserimus, tota fides dilabit, et perit. O tuam patientiam Christe Rex! quomodo tuam fidem, et Ecclesiam Tuam permisisti Petro tantum, at non ejus successoribq? quomodo hucusq; administrata est? quomodo sumq baptizati? quomodo Synodi constitutæ? quomodo hæretici ejecti? quomodo Ecclesia illa strata est? Capite sublato. Quomodo Ecclesia hucusq; perdurasset? dicam fortasse audacioq; nisi omnino Caput habuisset, et potestatem et unum pastorem, et Regem secundum Evangelicam vocem, unum ovile Ejus et unq Pastor. Multis capitibq res non eget, ubi pastores uni non subjiciuntur, destruunt magis, quam construunt, et subvertunt prope potiq quam dirigunt. Quomodo Salvator ajit. Ecce ego vobiscum sum, omnibq diebq usq; ad Saculi consummationem: non enim usq; ad Sæculi consummationem in hac vita Petrq mansurq erat: quare per hoc verbum, manere; hic in presenti sæculo declaratur Christum manere una cū Successoribq Petri, cæterisq; apostolis. Legite et scitote, et attente audite, quod qui hoc dicunt, catholicam fidem, et œcumenicas Synodos evertunt, omniq; quæ Sancti tradiderunt, et docuerunt, inania, et stulta efficiunt. Legite acta Synodalia, et percipite ex jis Ecclesiæ Caput, et Petri Monarchiam, quoniam et in Ejus Successoribq manet. Au nescitis Ephesinam Synodum latronis more à Dioscoro Patriarcha Alexandrino convocatam, et a Juvenali Hierosolymitano, et ab alijs ejusdem Secta Episcopis, contra veram fidem Flaviani Constantinopolitani Patriarchæ, Sanctissimum Leonem Papam illum Divinum solum eam dijecisse, et anathemati subposuisse? epistolamq; misisse, ad Chalcedonem, Sanctam Synodum perferendam; qua accepta, illam S: Synodum Orthodoxæ fidei columnam eam vocasse? et secundum eam de proposita quæstione judicasse, Episcoporq; acclamasse, æterna Leonis memoriæ, ut Leo credit, ita nos credimq, ut Leo docet ita nos prædicamq. Ac dum Synodq celebraret, Eutichianistas monachos à Marciano Imperatore petijsse, ut Synodq dijceretur, et Symbolum Nicænum sufficeret; nihilque præterea quæreretur. ab eisq; Sta Synodum postulasse, ut Epistola Sti Leonis subscriberent, ac non obtemperantes, ut hæreticos condemnasse. Vides et audis, quod œcumenica S: Synodq, sexcentorum triginta patrum, nil egit aliud, qm quod Sancto Leo Papa docuit solq? quodq; hæretici dijcere Synodum conati, Synodq postulavit, ut vel Leonis epistola subscriberentur, vel anathemate ferirentur: cui non parentes, anathematizati sunt. Quomodo igitur usq; ad Petrum mansit? postea non. Nam deo quingentos prope annos vixit à Petro. Quomodo Athanasius ad Julium, Chrysostomq ad Innocentium, Ignatius Sus ad Nicolaum, Theodoretq ad Leonem, Maximq ad Martinum, et cæteri Sacerdotes Orientis ejecti, ac suis Sedibq pulsi, vel ipsi venientes confugerunt, vel literas dantes significaverunt, unde literis acceptis suas Sedes receperunt; nisi ij Summum Pontificem, ac Petri Successorem agnovissent, ut qui poterat eis esse præsidio. Quomodo Reges et Principes inspectis Papæ literis tacuissent, ac illis permisissent suas recipere Sedes, quibus expulsi sunt? Si Petri tantum potestas fuisset, non ejus Successorum? Satis igitur ut arbitror ostensum est, quod non solum ad Petrum tantum verum etiam ad Ejq Successores eaq potestas extendit, usq; ad hujus Sæculi consummationem.

Joan: 16. Matth: 28.

Vide Nicephor: libr. 15. et epist: Nicol: papæ ad Mich: imperatorem.

Vide Theodorum, in historia tripart: l: 4. et hic Leonem papā in epistola ad Michaelem imperatorem.

Sectio. X.

Sectio. X.

Synodos non posse convocari sine authoritate papa, hec esse Synodos.

Ostendetur preterea quod sine illius assensu non potest œcumenica Synodus vel omnino vocari Synodus, vel authoritatem habere, quod in multis quidem aliis licet intueri, ut in precedenti exposuimus, et in sequentibus exponemq, præcipue vero in vita S. Stephani junioris, de quo Metaphrastes diligenter scribit, 23tia die 9bris, ubi divs Stephanus ab hæreticis accusatus, quod eorum se non subijceret Synodo, quam antea condiderunt contra venerandas et sanctas imagines, cū eo subscribere decreto cogerent, ab ipsis promulgato; Legite inquit mihi vestrum decretum, cœperuntq dicere, decretum Sē et œcumenica sexta Synodi, ne progrediaris ulterius. Sacer Stephanus magna voce clamavit. Quomodo sanctam vocare auditis vestram Synodum, quæ sancta prophanavit? ipsa enim in suis actis constituit non vocare apostolos, et Martyres sanctos. Sed quo pergis? ad eadem Apostolor templum divi Georgij Martyris, unde venis? ab Ede quadraginta Martyrum. Propterea dicit divinus vir, quomodo vestram synagogam sanctam vocare auditis, cum ea sancta violaverit, neq vult sanctos vocare sanctos? o magnam insultam! Apostolos Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, non vultis vocare sanctos, et vestrum satellitium adversus Ecclesiam coactum vocatis sanctum, quo pacto œcumenica appellabit unquam in qua Romanus præses non præsidet? sine cujus assensu non possumus res ecclesiasticas ordinare. Intelligis œcumenicam Synodum non posse vocari, nisi Romanus Pontifex eam constituat, ac sine eo impossibile esse res Ecclesiasticas ordinari. Quomodo ergo vos hæc non percipitis? quoniam peritos videre atq audire non vultis. Et ideo quia semel cor vestrum falsa credulitate imbutum est, non potestis audire vel cernere. Maximus materea ab hæreticis exagitatus veterem Romam se contulit, ubi Martinum sanctissimum Papam nactus est, quem die. 13a Martij, et nostra Ecclesia pro Sancto colit: quanam de causa? quia illum Ecclesiæ Caput esse agnoscebat, eo confugit, ex eo loco Epistolam conscribit ad Maximum Cyri presbyterum, cujus principium: Divina lege secundum Deum locupletatus pater venerande. Subdit paulo post ex Synodalibus actis Martini Sūmi Papæ nostri, de quo nunquam scripsisset ut de Sūmo Papa, nisi Dominum totius Ecclesiæ cognovisset: eaq de causa rogavit, ut Synodum suos Episcoporum cogeret, et impij dogmatis authores anathematizaret, qui unam tantum voluntatem in Christo esse convitiabant, hoc in Synaxario apud S. Maximum scriptum est; legat quilibet die. 13. Augusti. Siergo ut vos arbitramini is non sit qui possit ordinare, inquivere, confirmare, dirigere, administrare Ecclesiam Dei, ut gubernator dirigit navim, quomodo hæc gesta sunt? et alia his similia multa, quæ propter sermonis prolixitatem omittimq, nam si de ijs voluerimus dicere, in illis exponendis tempus nobis deerit. Quomodo cum ipsos excommunicationi subjecisset, qui ab eo anathematizati sunt, non contradixerunt quamvis essent Episcopi, Patriarchæ, Archiepiscopi. Sed tanquam Patri obtemperantes paruerunt? Nunc vero et qui neque ante pedes posita cernunt contradicunt, quos ego Ecclesiæ adversarios hostes, et inimicos esse judico, et conspiratores adversus Apostolicos et Synodales canones, qui recte docuerunt nos Ecclesiæ subjici oportere; nam statim a principio. CXXXIII. Justiniani novella. Sancimq inquit, secundum Sanctorum Decreta, Sanctissimum veteris Romæ Papam primum esse omnium Sacerdotum, Constantinopolitanum vero secundum locum obtinere post apostolicam

Martinq. l. de quo Zonaras libro. 3. vixit Anno. 643.

Ex Maximi Epistola ad Martinum.

licam sedem. Præterea quinto canon Sardicensis Synodi eodem modo eadem scribit. Etiam Anastasio Ti Maximi discipulo, post historiam S. Martini post quædam alia dicit. Ad hoc et Martini Papæ Sanctissimi, et Capitis apostolici, et Martyris, totiq Ecclesiæ occidentalis principis. Item magno Gregorio Theologus in Epitaphio in magnum Basilium, inquit. Quod ejus ætatis Papa duos Episcopos misit Luciferum, et Eusebium ad Ecclesiam Cæsaream Cappadociæ pacificandam. Quomodo in orientem mitti et ad Ecclesias componendas, nisi Princeps, et Gubernator fuit et totiq orbis terrarum? Præterea Anatolio Constantinopolitano Patriarcha, a Dioscoro hæretico est electo: Synq vero Leo Papa in epistola ad Marcianum Imperatorem postea multa ait. Electionem Anatolij Patriarchæ nulla habita quæstione omisimq, eo quod Orthodoxæ fidei se adjunxit. Ecce ex hoc deprehenditur, quod si Anatolio Dioscori hæresim secutq esset, ab eo utiq fuisset judicatq. nec valetis contradicere nam is erat Constantinopolitano Patriarcha, et si hujq Judex, ergo et cæterorum Alexandrini, Antiocheni, Hierosolymitani, itaq omnium judex. Agapetus papa præterea, ipsemet Constantinopolim est profectq, ubi Anthimum Trapezuntium, qui erat Constantinopolitano Patriarcha, sed hæreticq, sede dejecit, in locumq ejus Synum Menam suffecit. Unde hoc? nisi quod in omneis obtinet imperium, et quia jam inde ab initio id apostolo Petro à Deo attributum est, et Successoribq ejus. Proculo præterea de Romani Pontificis pontificij assensu, in Sedem Patriarchalem evectq est, secundum Zonaram. Ecce ostensum est Romanum Pontificem de Anthimo Constantinopolitano judicasse. Leo Synq Dioscorum Alexandrinum et Juvenalem Hierosolymitanum condemnavit, et ut de hæreticis judicium tulit. Felix Sanctissimq Petrum antiochenum deposuit, et anathemati subjecit. Quamobrem cum Romanus sit Summus Pontifex, in omnes Patriarchales Sedes obtinet principatum, quomodo ergo tunc nunc vero non? nemo dicere hoc audebit. Sed tunc, et nunc, et usq ad Sæculi consummationem habebit Imperium. Et ut plane intelligatis nos vera dicere, et quam habeat potestatem ea divina Sedes, ad verbum Felicis epistolam adjungemus, quæ sic habet.

Hæc novella Justini in imperijs est. 131. non. 138. iq scribit et constit. 10. de primatu papæ a testim. Synodi Sardicen. Sardicq est. Ives Silvij vide Theodoret. l. 2. c. 21. et D. Thom. qui citat hunc.

Leo papa vide Nicephor. l. 15.

Agapet. vide Nicephor. l. 17. Plat.

Proclus. quæ verbq est hic lo cq apud Zonaram. Léi vide Nicephor.

Sectio. XI.

Gloriosissimo et Serenissimo Filio Zenoni Augusto,
Felix Episcopus, in Domino Salutem.

Felicis. Papæ epistola ad Zenonem Augustum vide Nicephorum, l. 16. et Platin. in Felice III.

Tuæ humanitati, ea significari oportet, quæ rerum ordo postulat. quod et significari par est in utilitatem Serenitatis Imperij Tui, ac veluti adesse me rogo, ut meas preces admittas apud amicas et rectas aures tuas, tanquam Christianissimq Imperatoris, nullo pacto pietas tua existimet nos alium magis benevolentiâ quam te prosequi, eo tamen excepto, qui te cupit cum Deo pacem habere. Quoniam Tu fidei corde permotus, de temporalis sedis potestate non ambigis, atq æterna vita retributionem ex superna voluntate pendere arbitraris. a mea parvitate suscipere digneris venerabilem, et divinam Beatissimi Petri principis apostolorum confessionem. Cui cum Regni claves creditæ sint, Christianissimo Imperio Tuo, præparabit in Cælis cum angelis mansionem. Qui cum primus (con)immutabilem et inculpatam in Dominum nostrum Jesum Christum fidem declarabet, ab ipso Salvatore beatificatus est. Nam cum dixisset ad Dominum, Tu es Christq Filius Dei vivi, responsum ab eo tulit, Beatq es Simon Bariona, quia caro et sanguis non revelavit Tibi, sed Pater meus qui in Cælis est, et super hanc confessionem tuam ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversq eam: ut ex ea tolleret unde suum cognomen accepit, quod est Christq Jesus et Deus omnipotentis filius. Petro primogenitq diaboli filiq, cum indigne se in antiochenam Sanctam Dei Ecclesiam insinuaverit, et Pontificiam Sedem Ignatij Martyris coinquinaverit, qui Petri Dextra Pontificatum accepit, et Eustachij confessoris, et Præsidis. 318. Sanctorum Patrum, qui apud Niceam coacti sunt, ausq est dicere, non oportere Christum vocare Filium Dei, secundum divinam Salvatoris Sanctionem, divinam Scripturam

Scripturam traditionem, et patrum expositionem: sed unum ex trinitate passionem pro nobis sustinuisse, secundum divinitatis essentiam. veluti Arig, Apollinarisq, et Eunomig tradiderunt, his verbis adnixq salutiferam humanitatem convellere, secundum quam Christq passionem sustinuit; Fert etiam et unq ex nostris tanqm de
Vide. 8. constitut. Grec. apud Justinian. verrine abraham progenitq multiplicitatem deor inexisse: nam sensq verbor tres deos inducit, mortuum unum duosq vivos, abolet autem et consubstantialem sanctasq synodos reddit irritas, Nicenam, Constantinopolitanam, et Chalcedonensem Quin et Maria virginitatem non recipere reperietur; si enim verbum ex ea incarnatu non suscepit Humanitatem, quid virgine opq est? Cur Gabriel dixit ad illam, quod ex te
Luca. 1. nascetur sanctum, vocabit Filig Dei: et dabit ei Dominq Sedem David patris ejq. Praeterhac, impia et contumeliosa facinora cum adulteraret, trisagium conatq sit addendo
Crucifixus et nobis vel propter nos. Scribit in Symbolo. l. 3. 30. 1. refert ad trisagium de quo Damascplene. Crucifixq propter nos, et infinitas absurditates rem adduxit. Ac quamvis sepiq a nobis et a Tua in Christo fraternitate sit monitq et orientalibus et ab acacio archiepiscopo vestra regia urbis, et Christi amice, convertere se nunqm voluit. Propterea nunc Sancta Dei ecclesia ex materno affectu non cessat tanqm ad precipuum Ejus filium verba faciens dicere. O Christi amice Imperator! cultq nostri vinculum, quo vinciunt fideles, dissolvi ne patjaris Christi Domini, et unigeniti filij Dei cognomen ne permittas violari: Sinam hymnodia qua et urbem vestrum servavit periclitantem, tanqm ab angelis traditam inviolatam conserva. Petrum ariano superstitionis sectatorem, ab antiochena Ecclesia deturba.
Joan: 29. Quamobrem petrq mea fide abregata scindit mundi consensum? quanam de causa Petrq scindit tunicam meam desuper contextam? Deus Pater principi Apostolorum praecepit, quomodo vocari Filium Suum oporteret. Unigenitq in Petri Confessione fundavit me, Spiritus S. quotidie testatur mihi dicens; Ne quid judices saive, nisi Jesum Christum eumq Crucifixum. Inimici inobedientes, dolosi, extra vineam positi, unigenitum Dei Filium mactantes, et lapidantes, et ligno crucis affigentes, Ejq Vestem non diviserunt, et Petrq vestem meam discindet? porte inferi non prevaluerunt adversq me; et petrq conat meum parietem demoliri? Ego Religiosissime Imperator, te Regno pulsum reduxi, improbos et meis dogmatibq non parentes, pro tuo funere tradidi, et potentia tibi viam reseravi, inimicos una cum eor impio dogmate dejeci, antiquum Tibi Imperium à Deo qui in Celis regnat, a quo Imperium accepisti, impetravi. Respice ad tuum predecessorem Imperatorem Marcianum, Ejusq fidem libens amplectere: hereticam Petri tirannidem vadicitq quamprimum evelle. Valentini Eutichetisq discipulum ab arce deice, et ab Ecclesiastica administratione, simulq et a sacerdotali dignitate precipitari decernite. Reputa tecum o maxime legitime fili, et invicte Imperator quam certa ultione Chalcedonensis Synodq sit vindicata, et qua pena de tuo hoste sumpta: Libera populos ab heretica Petri doctrina, hactecum legatione fungit se Dei Catholica apostolica Ecclesia: et ab eo, ab jam expositas causas, depositum in posterum in communionem ne recipiatis, vestrisq divinis literis, ut paries inter eum et antiochenam Ecclesiam intercedat, efficite. Incumbit autem illig virum sufficite, qui operibq sacerdotium exornet, acerq sit custos Chalcedonensis Sc Synodi, sueq decretor. Omnipotens Deus Imperium vestrum semp in pace custodiat.

Sectio. XII.

Vides potestatem qm obtinet ea divina Sedes, audis quo pacto induit non solum petri personam, verum etiam ipsig Jesu Christi? cum dicit, petrq fidei meae tunicam scindit; Inspicite igit et videte sedulo totam epistolam, et agnoscite authoritatem Romanae

Ecclesiae

Ecclesia, adjungamini ei et vos nec veritati adversemini quamvis enim ex persona Ecclesiæ loquatur, is est tamen qui Ecclesiam dirigit ac gubernat. Adding etiam præter hoc Orientalium Doctorum testimonia. Beatus Cyrillus Alexandriæ Episcopus in thesauris ita scribit. Quod oportet hos tantum membra Caput sequi, idest Romanum pontificem, et Apostolicam sedem, a qua debemus petere quid credere, et sentire debemus, ac tenere: quia ipsius tantum est confutare, dirigere, redarguere, confirmare, ordinare, solvere, et ligare. Audistis qui Cyrillo contradicis nostri officij esse, ut membra corpus, ita et nos Apostolicam sedem sequi: quodque ad illam solum pertinet dirigere et gubernare Catholicam Ecclesiam Dei. Si ergo ita scribit, ut sentit scribit. Si sic sentiebat, ita et agebat. Si is obedientiam et reverentiam tunc Romano pontifici exhibebat, quis contradicit? nisi indoctus fortasse, vel stultus. Hæc igit mecum reputanti subit mihi vehementer ridere, seu deflere potius, ac vicem eorum dolere qui sponte oculos comprimunt adversus lucem nec veritatem sustinent audire; Quis est, qui neget confessionem sublimi voce ab Ecclesia decantatam, sive fidei symbolum? in quo aperte confitemur, unam Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam in omnes terræ partibus disseminatam, hanc nemo unquam dixerit Unam, nisi cætera omnes tanquam membra coagmentata Secundum Beatum Paulum, eam veluti caput sequant, quo omnia simul juncta, Unum conficiunt corpus. Et ut secundum eundem apostolum non potest pes vel manus vel aliud corporis membrum capiti dicere, non opus habeo te, ita nec cætera Ecclesiæ, Romanæ possunt dicere Ecclesiæ, non indigemus te. Omnes ab illa authoritatem capiunt, et omnes ab illa confirmant. Testabuntur id omnes doctorum scripturæ. Illa namque ut caput omnia membra recognoscens, et de omnibus æque solicita, ut quod in suprema situm sit parte, moveat si membrum aliquod langueat, curamque illi gerit, et ad sanitatem perducit, ut dictum est. Inquit enim et aperte clamat. Quis infirmatur, et ego non infirmor: Quis scandalizatur, et ego non uror. Si vero membrum aliquod abscindat marcescat, et male det: sed caput si quod aliquis nec laboribus nec cruciatibus cedit, minime ladit. Oportet autem qui symbolum confidenter et unam Ecclesiam prædicant, nosse, qualis nam ea sit, una Sancta, et apostolica Ecclesia, ea est aut occidentalis, aut orientalis, quod idem est ac si dicas Latina, et Græca, alia namque præter hæc non reperietur: alia enim præter has superstitiones sunt, falsa synagoga, et hæresibus referta. Enumera diligenter, et vide quod si Græcorum arbitraris Ecclesiam esse hanc quam symbolum designat, in nihilum Petri confessionem concidis, adversus quam portas inferi non prævalituras professus est Christus. Nam omnis græcorum Ecclesia, imo vero tota oriens a machometo abrupta est. Nonne videmus omnes patriarchas, atque Episcopos, ac Sacerdotes, in potestatem venisse Machometis, et ab eo petere Sacerdotij facultatem? et pedibus ejus advolvunt, et pro eo etiam inviti deprecantur? in quo loco collocabis, portæ inferi, id est hæreticorum ora adversus Christi Ecclesiam non prævalebunt? eo loco ubi non solum ora hæreticorum dominantur illi, sed etiam impij et alienigenæ imperium tenent? eo loco ubi nec sacrificare tuto possis, nec nola, nec tintinnabulum, nec Crucis signum apparet: eo loco ubi nemo libere potest dulce Christi nomen proferre. Si vero protulerit in duas partes discindit, eo loco ubi si sacerdotes sacrificantes inventi fuerint, Christi hostes ingrediuntur, atque subsannant proterunt altaria, et prophanant, et sancta projiciunt, et plagas sacerdotibus

Cyrilli in thesauris citat hunc locum etiam D. Thomas sed aliter.

a testimonio Ecclesiæ.

Pauli ad Corinth. II.

ad Corinth. 12.

Sacerdotibꝰ infligunt, et protrudunt, et deridentꝰ Christianorꝰ religionem, nequaquam. Sed ibi oportet esse ubi Christi signum refulget, et Ecclesia exornantꝰ, Nola, imagines, et altaria omnia magno cum cultu conspiciuntꝰ, et adorantꝰ, et Sacerdotibꝰ eminus reverenter assurgunt populi: ibi ubi palam Christi fides pradicatꝰ: ibi ubi terre reges et principes venientes ad Sacra loca inspicienda, et Apostolorꝰ capita adoranda, una cum illis, et presidem eorum Pontificem venerantꝰ, et ejus pediꝰ advolvuntur; ibi ubi festi dies, psalmodia, preces sine metu celebrantur: ubi nemo reformidat sibi quenqm adversari: ibi ubi summꝰ Pontifex, doctores, et pradicatores in omnem terram dimisit ad pradicandum et annunciandum Verbum Dei, Christi imitatione imo Salvatoris vices in terris gerens, nam sicut is Apostolis dixit, ecce mitto vos euntes in universum mundum, pradicate Evangelium Omni creaturæ: ita et hic in universum orbem magistros misit magna cum cura, qui non solum ad Christianos proficiscuntꝰ, sed etiam ad omnes gentes, vel ex S. Francisci, vel Domini ordine, vel ex alia regula: Ergo ibi Ecclesiam confitebimur, ubi non est hæresis, nec iniquitas, neqꝫ infidelitas: imo vero firma fides, et inconcussa. At non ita apud orientales, ubi abundat iniquitas, et infidelitas. Nec meq sermo est hic, sed Theodorꝰ Studites prodeat, et dicat hoc testimonium, quod nemo poterit inficiari in 15. Catechesi quam legitis quidem, at non intelligitis, quia non vultis. Videt enim doctor hic adversꝰ oppugnatores imaginum pugnare, quando dicit. Audio autem quod Roma Principis Apostolorum Petri claves proponantur ad adorandum, atqꝫ in honore haberi, quanqm non claves sensibiles Dominꝰ ei tradidit, sed intellectuales ac ligandi, et solvendi, at illi argenteas populo proponunt ad adorandum, tanta igitur apud eos est fides: Et ibi solida petra fidei, secundum Dei verbum fundata. hic vero ut videt abundat infidelitas ac improbitas. Vides quod et Beatus hic, ibi confitetꝰ solidam fidem esse, nec in Petro tantum, sed et in ejus successoribꝰ. Hæc quidem cum audiatis, et videatis, nec pigritis contra respicere, velut adversꝰ refulgens, et coruscans lumen veritatis, ad ea confugitis, quæ nefas est dicere, scilicet peccatorem esse Romanum Pontificem et carnalibꝰ voluptatibꝰ inservientem, et ideo nolle vos honorem et reverentiam debitam exhibere.

oppenit elegantissime ecclesiam Romanam Græcus: ideo potest dici de pareis nostri temporis, et eorum ecclesijs. Ecce unum pulcherrimum Romanæ Ecclesiæ.

Marc: 16.

Cf. 15. Catechisi Theodori Studitæ habetur in mendis hic locis emendata, ut hic translatum: ubi Theodori mentem suscepisse videatur Leo Armenio.

Cursus redditæ excusandi pro papa sanctum.

Sectio. XIII.

Ac tametsi his, in præcedentibꝰ respondentes, exactius rursus vobis dicam, quod aperte mendaces estis: nam non quia peccator est, refugitis ei obedire, sed quia Latinus est, et barbam tondet. Si enim illum vitaretis propter peccatum, vosmet ipsos vitaretis, quia estis peccatores. Quamobrem ergo nostris eum judicare, vestros vero non judicatis? omnesne Orientis Sacerdotes Sancti sunt? Vos hoc non potestis demonstrare. Non ergo illum tanqm peccatorem devitatis, quia nec vos sine peccato estis: sed quia Latinus, et ab opinionibꝰ vestris evariat. Vos namqꝫ Latinos, tanqm à fide alienos existimatis, et ab eis refugere tanqm à facie serpentis, simpliciores edocetis, idqꝫ liquido patet. Ac si quis ex latinis videtur Sanctq, vos hunc salutare non vultis, imo vere maledicta ingeritis. Græcos quamvis flagitiosissimos et stultissimos, si solum adversꝰ latinos loquantꝰ, omnes Sanctos arbitramini; Inter alios quidem multos, quendam qui vocat Balamas et Ephesi Marcum hominem, nec satis mentis compotem, sed turpidum Sapientiæ ostentatorem, nulla virtute vel Sanctitate subnixos. quia loquuntꝰ solum, et scribunt contra latinos, extollitis, et celebratis, eorum imagines exornatis, festumqꝫ agentes diem, colitis, ac veluti Sanctos adoratis. Latinos vero quivis jam pridem Ecclesia pro sanctis calendas duxerit, vos incessanter blasphematis, ita et de summo pontifice facitis, nam illum omnino Christianum esse non existimatis, quia Latinus; id enim sub dentibꝰ stridetis, maledictis incessentes, et eorum qui verum potiunt metum reveriti, ad aliud quasi arane umbram confugitis, eum peccatorem appellantes, ac cætera convitia effundentes. Cavete ne id audiatis. Qui vestrum est sine peccato, primus lapidem tollat, id est qui peccatum non commisit, incipiat de peccato judicare, ut non judicemini, ne capteris occasionem fratres, in peccatis. non est officij vestri de peccatis principum vestrorum inquirere. Doctoribꝰ omnibus

Ecclesiæ Græcorum barbam radebant non ut nunc.

Balamas Marcus Ephesinus

Joan: 8.

Matth. 8

aperte

aperte damantibq et Joanne lingua aurea in multis quidem orationibq, et in oratione cujus est titulq. Quod oportet odere suos Magistros spirituales non maledicare illis: principium orationis. Nulla res ad loquendi licentiam magis allicit; paulo post. inquit. Si quis Patri, vel Matri maledicunt, parentibq secundum carnem, ex lege, morte morientur; quale ergo putas erit panas? qui virum spiritualem magis quam multi parentes nec sanium, audet maledictis incessere? non reformidans ne terra dehiscens, ipsum de medio tollat, vel fulmen celo demissum maledicam linguam aduratur. Audisti quid Moysis sorori contigerit; cum fratrem suum accusasset, et principem, quomodo impura facta est, et in lepram incidit, maximamq infamiam subiit, fratreq de ea sollicito, Deumq precante, veniam non impetravit: et paulo post. et Deum placare non potuit, sed magnam panam perpessa est, ut intelligamus quam magnum crimen sit principes redarguere, et de alio vita judicare. Et post pauca. Si in carnalibq parentibq ita, quanto magis in spiritualibq parentibq hanc servare legem oportet, et unumquemq in vita laborare, et solliciti tum esse, ne in illa die audiamq, hypocrita, cur festucam vides in oculo fratris tui, trabem vero in oculo tuo non vides? et statim postea. Cum principes a subditis colunt; id ipsis objicit ut Heli dixit Deus, cepite ex domo patris tui: Si vero contumelia afficiant ut in Samuele non te abjecerunt inquit, sed me qui Sacerdotem honorat, Deum honorat: qui dedecit Sacerdotem contemnere in via progressq, et adversus Deum erit contumeliosq; qui vos recipit inquit, me recipit: et honorifica inquit Sacerdotes tuos. Inde judei dedicerunt Deum contemnere quia Moysem contempserunt, et eum lapidibus impetiverunt. Ac si quis Sacerdotibq debitam exhibuerit reverentiam, multo magis id erga Deum egerit; et quamvis improbavit Sacerdos videns Deq quod Ejus causa etiam indignum honoras, ipse retributionem reddet tibi: et rursq post pauca. An nescitis quod Sacerdos, nuntiq Dei est? non enim ex se dicit quo dicit. Si contemnis Sacerdotem non eum contemnis, sed Deum qui ipsum elegit: et undo dignoscit inquit, quod Deq ipsum elegit? Ergo si es in hac opinione, spes tua inanis est reddita. Si enim per eum Domino nihil operatur, neq lavacrum habes, neq mysteriorum es particeps, et benedictionibq non frueris, igitur nec Christiano es. Quid ergo, inquit, omnes elegit Deus? per omnes ipse operatur, quamqm indigni sunt, quia populq salvatur. Nam si per Asinam et Balam scelestem hominem operatq est, multo magis per Sacerdotem. Si per judam operatq est, et per falsos prophetas prophetantes, quibq dicit, nescio vos discedite a me qui operamini iniquitatem, multo magis per Sacerdotes operabitur. Nam si nos principum vitam scrutari oporteret, oportet et nos Magistrum eligere, et qua sunt supra, infra, fient supra pedes, infra caput. Si fratrem tuum tibi judicare non concedit, multo magis neque tuum doctorem: post pauca. Tu ovis es, ne sis anxia curiosq adversq pastorem, ne de his quae tu arguis, illum plectaris. Et quo pacto me admones ipse non faciens? Non ipse tibi dicit, si ei credis mercedem non accipies Christq hac docet, ne judicemus nos mutuo, sed suas unusquisque: et paulo post. Ne maledicamus rogo magistris. Si quis patrem habuerit multis criminibq obnoxium, nonne ea obtegit? Ne exultes inquit, in dedecore patris tui, multo magis de spiritualibq patribq hoc decendum, exhibe reverentiam, quia quotidie ministrat tibi, curat ut propter te legant Scripturae, Sacram domum exornat propter te, vigilat propter te, orat pro te. Deo preces offert pro te, cultq ejq erga Deum omnis propter te: hac reverere, hac tecum cogita, et omni prostita observantia ad eum accedito: et paulo post, audi quid dicat de principibus judaeorum Deus. Super cathedram Moysis sederunt scribae, et pharisei, quaecunque dixerint vobis servate, et facite; secundum vero opera illorum nolite facere: quorum deterior vita reperietur, eos tamen nec dignitate ejecit, nec ut à subditis despicerentur curavit, et vecte Si enim hanc sibi arrogaverint subditi potestatem, omnes statim abrogabuntur, et de tribunali dejicient. Propterea et Paulq cum in pontificem judaeorum contumelias effudisset, ac dixisset, percutiat te Deus

ex Christo: quod non oportet subditos Sacerdotibus maledicere.

Matth. 12.

Matth. 7.

3 Reg: 1. 20.

2 Reg: 1. c. 6.

Matth. 10.

Eccl: 7.

Exod: 17.

Numer: 22.

ta Deus paries dealbate, et tu sedens judicas me? sed monitq à quibꝫdam ut reticeret, dicen-
acta apost: 23. tibꝫ, Dei pontifici maledicis? Offendere volens quanto honore et reverentia principes prosequi
tenemur, inquit: nesciebatis eum esse Dei pontificem. Ideo et alibi dicit. obedite præpositis
Pauli ad Hebr. 13. vestris, et subjacete illis, ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabꝫ vestris reddituri.
Ideo et hujus cultꝫ fructu potiri eos, æquum est: et post pauca. Cogita quid dicat Deꝫ de judæis, Su-
per cathedram Moisis sederunt Scribæ et Pharisæi, quæcunqꝫ dixerint vobis facere, facite. ac nunc
non possumꝫ dicere, super cathedram Moisis sederunt, sed super Christi, propterea inquit Pau-
ad Cor: 2. 5. lꝫ pro Christo legatione fungimur, tanqm Deo exhortante per nos. Audisti ab hoc doctore quo
pacto colendi sunt sacerdotes. Si ergo de sacerdotibꝫ hoc dicit, multo magis de principibꝫ Sacer-
dotum, Patriarchis, et doctoribꝫ Ecclesiæ, quia a vobis in præsentia non solum non colunt, verū
impudentissime lacerant. Quas pœnas quæso subituri estis? magnas ut arbitror, imo vero non
secundum meam sententiam, sed secundum aureæ linguæ, et admirandum Joannē, qui dicit.
qui sacerdotes injuriā afficit, Christum injuriā afficit, qui vero Christum injuria afficit, quid
respondebit illa tremenda die? Sic itaqꝫ concludit Chrisostomꝫ. Si cognita sunt vobis, quæ ex
mellifluis ejus orationibꝫ exposuimꝫ, præsertim quo honore principes sunt colendi, quia sup
cathedra Jesu, et Dei sedent. Subjecti igit estote illis, ut et nos subjicimur, non ut sanctis ex vir-
tute, sed ut principibꝫ, siquidem negꝫ nos ut sanctum ex virtute Romanum pontificem colimus,
sed ex primatu et sacerdotio: nam si sanctꝫ est, me sanctum non facit, si peccator fuero; si vero
peccator est, mihi non obest si justꝫ fuero. An existimatis quia Papa est, eum hæredē fore Regni
cælorū minimē gentium, sed ob ejꝫ virtutes si quas habet: nam Papæ multi hæredes erunt sem-
piternæ damnationis, non quod Latini, et Summi Pontifices Romani, sed propter peccata eorū.
" Multi etiam Constantinopolitani patriarchæ Græci infideles et, et Alexandriæ, et Antiochiæ, et Hie-
rosolimorū hæredes erunt perennis ignis, non quia Græci sunt vel Patriarchæ, sed pro-
pter eorū scelera, et contra; non est enim acceptio personarū apud Deum, ut terrena hu-
jus vitæ principes prolinq, et futura conspiciantꝫ hæredes? verum omnino qui probi sunt.
An non auditis Sapientiam dicentem. Tunc stabit justꝫ in magna constantia, adversꝫ
Sapien: 5. eos qui se angustiaverunt. Si vero videntes suspirabunt, et dicent, hic est quem ha-
buimꝫ aliquando in derisum, et in similitudinem improperij? stulti: nunc vero compa-
ratus est in filium Dei, et inter sanctos sors ejus est, ergo aberravimꝫ a via veritatis, quare
non debemꝫ de cujusvis vita judicare: vel nimis esse curiosi, nam unicujusqꝫ opus in illo
publico conventu manifestabitꝫ. Igitur fratres resipiscite, et pro salute vestra certate, hoc
procerto scientes, quod qui Romano Pontifici non subjicitur, Christo non subjicit, qui Petro dixit
de innocentio pontifici et vita tu es Petrꝫ. Etc: ac nunqm salutem consequetur. Nam cum dicitis vos illi subjici nolle, quia pec-
cator est, id stultorum est hominum, et omnis prorsꝫ sensꝫ expertium. Cur judicas Ecclesiæ
Pontificem quem nescis qualis nam sit? nemo enim, dicit Scriptura, novit facta aliena, quo
pacto vos judicatis, quem omnino ut peccatorem non nostis? Omnes quæso qui cathedram
Petri adepti sunt improbi sunt, et peccatores? num data opera cæteri Ecclesiæ Pontifices
atꝫ proceres Papam eligunt peccatorem? nonne erubescitis Ecclesiæ electionem prosequi con-
tumelijs? an nescitis quod et Constantinopoli eum creabant Patriarchꝫ, qui præcipue
erat honore perspicuꝫ, et virtute? nam et apud hostem virtꝫ est honorabilis: ita et hic eum qui
supra cæteros honore, et virtute antecellit, constituunt suum Sacerdotem, et Regem. Si vero pec-
cator est, quid ad nos, ipse se rationem reddet, quem admodum et nos nostri. nemo namꝫ alio judicabit.

Sectio. XIV.

At tu ultra modum Papam deificas. nos vero scimus eum hominem esse, et peccatorem,
et probis posse demergi, propterea in ijs quæ ad fidem pertinent, nolumꝫ ei inhærere. Sed à
nobis jam antea dictum est, hoc nihil esse. quoniam necesse est nos aliquem sequi pastorē, ille
namꝫ ut homo peccat quotidie. Si enim una tantum hora esset vita nostra, nec ita sine sordibꝫ

esse

esse posse mq, sed de propriis peccatis unqquisque pro se se rationem reddet, ut supe jam dixim q. Satis est nobis si bene pascamur, secundum magnum Theologia Doctorem Gregori: um. At seditionis, et contentionis studios q inquit, peccatorem caput esse non pbo: ad quas res: pondendum, quod bene cogitato vestra percipim q, qua postea inferi q retegem q, etsi vos ob ignaviam obumbrare conamini. Nunc autem ijs respondebim q, qua palam dicitis, quia ex animi vitio hoc dicitis, non enim vobis cognitum est eum esse peccatorem, neq vobis ejq vita ratio satis est comperta, sed impudenter calumniamini et convinciamini illi, qui Petri successor est, et Jesu Christi figuram in terris gerit: nam qui eum peccatorem appellant, ijs qua Judæi asserebant, similia asserunt, quoniam illi à nativitate cæcum cernentes videre, invidia torti, eum interrogant dicentes: quis aperuit oculos tuos? respondit homo qui vocat Christo, lis mihi dixit, lavare in Siloam, et loto recepi lucem; at illi ira accensi dicunt, da gloriam Deo, quia hic homo peccator est, quibus ille, qui nup cæcus fuerat respondit, si peccator est, nescio: unum scio quod cæcq cum essem, modo video: in hoc enim mirabile est, quod peccator cum esset, aperuit oculos meos qui cæcq eram. A seculo non est auditum, quia quis oculos aperuerit cæci nati, nisi esset hic à Deo non poterat facere quidq m. Possum q igit hæc ad Successorem Dei traducere, qui est Sancto Papa. Si peccator est, quomodo maledixit vobis, et Græcos excommu: nicavit Nicolaq. 1mus temporibus Photij? et excommunicationi illi non defuit jota unum, sed facti sunt captivi, ut is in excommunicatione dixit, in omnes gentes tanq m judæi scriptum est enim pecca: tores non audit Deus. Si peccator est, quomodo fuit exauditus? At hic quidem sic. Innocentiq ante hunc Eudoxiam ob Chrisostomi exilium excommunicavit. Et invenuit ejq sepulchrum, donec revocato eo, excommunicationem remisit, et statim constitit illiq tremor sepulchri. Sed quid evenit nostra memoria nunc sub Nicolao Sto Pontifice maximo, cum legati à Constantino Imperato: re qui vocabatur Dragases, ad eum missi adhuc supersunt, quibus literas dedit plenas timo: ris et horrovis, ubi aperte cum execratione prophetizat excidium et internecionem ex: tremam infelicium Græcorum, in quibus post alia multa: cum convicia et probra recipebat, qua a Græcis quotidie impudentissime jactabantur, mire et hoc dicit. Omnes gentes decretis quod sanctum est receperunt, Græci vero neq receperunt, neq spes est eos unq m esse recepturos, quæ nup concordia et unione decreta sunt, procrastinationes enim procrastinationibus ab ejs semper protexuntur, excusationes et responsiones in singulis. Neq vero Græci arbitrent, Romanum Pontificem ita esse mente destitutum, omnemq occidentalem Ecclesiam, ut non intelligat quæ in singulis dilationibus respondendo nugant, optime cuncta novim q, sed tole: ramq in Jesum respicientes, sempiternum Sacerdotem et Dominum, qui sterilem illam fi: cum usq ad annum tertium jussit asservari, agricola jam ad excidendam arborem se accin: gente, quia nullum fructum ferebat. O magnam calamitatem! anno. MCCCCLI. hanc conscripsit epistolam, et. MCCCCLIII. capta est Constantinopolis. Num potestis dice: re hoc vera non esse? minime gentium, cum id sit manifestum, et res ipsa aperte loquatur Tres inquit annos expectabim q, si vos forte à Schismate, et separatione converteritis, et vos vere decreto adjunxeritis, secundum Salvatoris defectu præceptum. Si vero non excindemini ne terram otiosam et inutilem reddatis, hoc miraculor[um] miraculum maximum: quod, ut in Epi: stola ipsa scribit Nicolaq Papa: Græcor[um] gens illa magna et formidabilis, sapiens, clara, fortis terrar[um] domina, ob divinam ultionem, ita in barbaror[um] servitutem abducta sit: hæc enarranti mihi subit lamentari, et deplorare excidium gentis nostra, quanq m vos non intuemini.

Nicolaq. 1. vide epist: ejq, ad Michæ: impos: et apud Nicep: lo: 9? Innocent: 1. de quo supra Constino Dragasi succedit in imperi Joan: Paleologo fra tri qui interfuit Florentinæ Synod: Epistola Nicolai 5. ad Imper. Constantinum.

Joan: 9.

Luca. 13.

Sectio. XV.

In primis ergo, ut inde initium sumam, in memoriam revocate fratres, et Patres, qualis nam et quanta extiterit nostra natio: fuit enim quondam sapiens, clara, generosa, prudens, fortis, et quæ omnem terram suo subjecerit imperio, præterea virtutis studio, et sanctitate omnes gentes est super

gressa, jejunijs, vigilijs, orationibꝫ, elemosynis, et ut uno verbo dicam, veluti spongia hausit omnem virtutem, Deo semper accepta, at in presenti, omnia, proh dolor, omnia intercederunt. Constantinopolis capta est, cujꝫ rei solum recordatione cogor frumpere in verba cum clamore, et ejulatu, et ultimum effundere spiritum. Qua urbe expugnata, ara sunt prophanate, templum concultatum, magna sanguis effusio secuta, polluta moniales, virgines corrupta, caput infantibꝫ abscisum, impiorum manibꝫ principes occisi, Monachi sacri, Sacerdotes, prepositi, viri femina, connubia sunt divulsa, Sacra vasa confracta, ornatissima imagines conculcata, ac sputis conspurcata; o me miserum, et infelicem; quis poterit unqm tantam cladem deplorare! et verbis acerbum casum exprimere. heu! ubi regia apparatꝫ? et comitatꝫ? ubi ordo palatij, et disciplina? ubi tot principum examen? ubi schola sapientia? ve mihi misero! ubi Patriarchalis administratio? ubi ornatꝫ ecclesia? ubi tantꝫ et talis sacrorꝝ Monachorꝝ, ac non sacrorꝝ ordo, chorus, et numerꝫ? Ubi Monachorꝝ et Monialium ordines? ecce nonne cuncta sunt à Machomete absorpta? Nec tantum in ipsa urbium regina ea mala obvenere, verum etiam in subjectis regionibꝫ plura, deteriora, per qua singulos dies hec apertis oculis intuemur, et intelligimꝫ. Quamobrem ergo hec? vel vos mihi dicite per Dominum! Si dixeritis ut decet consuevistis ob nostra delicta hec evenisse; non ita se res habet, ego dicam. Quoniam non magis nos quam catera Christianorum gentes nostris criminibꝫ Deum irritamꝫ, sunt enim et alia nationes magis sceleribꝫ et peccatis obnoxia, cur non affligunt ut nostra infelicissima et miseranda natio? ve mihi mavero! Aliꝫ ex alia subinde fio, cum ad hec animum converto, et cor meum conturbatur, et spiritꝫ meus estuat. Lucia judeorum gens que duo crimina commisit, secundum prophetam dedit penas, duo enim mala fecit, inquit primogenitꝫ meꝫ Israel filiꝫ, me dereliquit fontem aque vive, et effodit sibi cisternam dissipatam; et Ecclesia. Me in ligno Crucifixerunt Barabam vero postulaverunt, et liberarunt. Primum igit cum idolis inservisset, in captivitatem abductꝫ est in Mediam et Babylonem. Secundo cum crucifixissent Dominum et Deum nostrum, profecti sunt captivi in omnes gentes. Nostra vero natio, proh infortunium! proh dolor! neque idolis servivit unqm, neꝫ Dei Filium Crucifixit, qua de causa tam acerbe vexatꝫ? sed non solum eaꝫ, verum etiam multo pejora quam ipsi judei perpetiꝫ. Jnanꝫ in servitutem abducti, omnium gentium facti sunt servi, ut omnibꝫ invisi, et Dei hostes, hi vero non solum gentium facti sunt servi, sed et judeis ipsis, qui sunt servi omnium gentium. O meam calamitatem! Nonne reliquum est plorare, et lamentari, ac disquirere causam et videre ppter quam patimur hec, ego vero aliam non possum invenire: neꝫ enim virtute, nostra natio cæteris gentibꝫ pejor est, imo vero melior, nam dictum est, vereꝫ dictum, Nationem nostram omnes nationes virtute et moribꝫ antecellere: nisi schisma, et quod se subtraxerit ab obedientia, et subjectione Romana Ecclesia, eam, et solam discerno esse causam interitꝫ nostrꝫ gentis, quia postquam ab ea divisi sumꝫ, maledictionem accepimꝫ, et patimur, que nos patimur, nec ideo pœnitet nos, sed deteriores evadimꝫ, et maledictis impetimꝫ ipsam Ecclesiam, dicenda, et facenda adversꝫ eam impudenter evomimꝫ. Quamobrem fratres mei per Christum, desperationem omittamꝫ, accedamꝫ vere Christianorum unioni, agnoscamꝫ peccata nostra, ne pejores judeis evadamꝫ, neve falsa suasione, malitia, et presumptione, ita aures obstruamꝫ, ut nec audiamꝫ nec intelligamꝫ. Audiamꝫ Christum dicentem apostolis. Qui vos audit audit me, et qui vos spernit, me spernit, qui vero me spernit, spernit eum qui misit me. Vere ergo licet dicere, qui Papam audit, Dominum audit, qui vero Papam non audit, Dominum non audit, qui vero Dominum non audit, audit captivos et gladijs communitos. Vidi et recte memini, cum interfuerim disputationibꝫ cujꝫdam Monachi Barlaam, qua habita sunt Constantinopoli, cum quodam legato

apostolico

Deplorat tragice excidium Constantinopolitanum anni 1453.

Græcos pro perversissima dicit in manus Turcarum venisse.

Luca. 10.

hoc dicit pro Janizeris qui ex captivis et unitis eligunt. Alii monachi Barlaam fuit adjutus diversis ejus scripta in Italiana

